


Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01309192 1

QUÆSTIONES PINDARICÆ

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

ET PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS


IN PUBLICO DEFENDET

R. S. A. HALLSTRÖM

LIC. PHIL. NAT. GESTR.-HELS.

IN AUDIT. GUSTAV. MAJORE A. D. VIII KAL. MAI. MDCCCLXXX

H. P. M. S.



PA
4276
H28
1880
c. 1
ROBA

UPSALIÆ
TYPIS DESCRIPSIT ESAIAS EDQUIST
MDCCCLXXX.

De usu infinitivi apud Pindarum.

Nimis fortasse diligens alicui fuisse videbor, cum omnes locos, ubi infinitivo utitur Pindarus, hic afferendos putaverim, sed neque tam multi sunt isti loci, ut nimia operis magnitudo mihi sit metuenda, et in eo positam putavi utilitatem hujusmodi disputationum, ut omnem exemplorum copiam dispositam atque ordinatam, qua pro consilio suo uterentur doctiores viri, exhiberent. In fragmentis tamen non eadem diligentia sum versatus, quia persæpe, unde quisque pendeat infinitivus, cum vel præcedentia vel sequentia ejusdem enuntiati verba interierint, dijudicari non potest.

1) Cum substantivi naturam prorsus acceperit infinitivus, *subjecti* vice eum fungi posse apparet. Verba, cum quibus ita conjungitur infinitivus, aut impersonalia sunt, aut etiamsi alias personali significatione usurpantur, ad infinitivum relata impersonaliter posita existimanda sunt. *χρη*. O. 6, 4 *χρη θέμεν*. 27 *χρη ἀναπιπνόμεν*. P. 2, 34 *χρη ὄρα*. 88 *χρη οὐκ ἐρίζειν*. P. 3, 59 *χρη μαστιενόμεν*. 104 *χρη πασχόμεν*. P. 4, 271 *χρη ἀμφιπολεῖν*. P. 9, 50 *χρη ἀντιφερίζαι*. N. 1, 25 *χρη μάρασθαι*. N. 11, 47 *χρη θηρευόμεν*. I. 1, 43 *χρη μὴ φέρειν*. I. 3, 7. *χρη ὑμνήσαι . . . βασιάσαι*. I. 4, 48 *χρη ἀμανρωῶσαι*¹⁾. fr. 123 *χρη δρέπεσθαι*²⁾. I 8, 17 *χρη προνέμεν*. P. 3, 2 *εἰ χρεῶν εὔξασθαι*. N. 11, 17 *χρεῶν νιν μελιζέμεν*. *πρέπει*. P. 4, 147 *οὐ πρέπει νῶν τιμὰν δάσασθαι*. P. 5, 44 *πρέπει ὑπαντιάσαι*. N. 7, 83 *πρέπει γαρνέμεν*. fr. 121 *πρέπει ἐσλοῖσιν ὑνεῖσθαι*. *ἔστι*. P. 1, 29 *τὴν εἴη ἀνδάνειν*. P. 2, 83 *φίλον εἴη φιλεῖν*. I. 6, 7 *εἴη σπένδειν*. fr. 127

¹⁾ Cum Bergkio redii ad veterem Isthmiorum carminum distinctionem, ita ut tertium et quartum inter se non continuem.

²⁾ Fragmenta secundum Bergkii editionem citavi.

εἷη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι. N. 9, 47 οὐκ ἔστι θνα-
 τὸν ἀψασθαι. N. 7, 25 εἰ γὰρ ἦν εἰτὴν ἀλάθειαν ιδέμεν.
 (Si cum Boeckhio ἔ τὰν ἀλ. legimus, ad acc. c. inf. hoc
 exemplum referendum est, sin autem cum Bergkio εἰτὴν
 ἀλ., huc pertinet). ἀρήγει. P. 2, 93 γέρειν ζυγὸν ἀρήγει.
 λανθάνει. P. 5, 23 σὲ μὴ λαθέτω ὑπεριθέ μεν, γίλειν
 δέ (Bergk. γίλει δέ). ἔοικε. N. 4, 32 ῥέζοντά τι καὶ
 παθεῖν ἔοικεν. N. 7, 95 τὴν ἐπέοικεν πειθέμεν. I. 1, 52
 ἄμμι δ' ἔοικε Κρόνου νῖδὸν ἀμειβομένοις κελαδήσαι καὶ σέθεν
 παῖδας προσειπεῖν. fr. 42, 5 ταύταν σκότει κρύπτειν ἔοικεν.
 δοκεῖ. N. 5, 19 εἰ ἐπαινῆσαι δεδόκηται. I. 8, 65 ἔδοξ' ἀθα-
 νάτοις διδομέν. παρέχει. I. 8, 76 τὸν αἰνεῖν ἀγαθῶ παρέ-
 χει. N. 1, 27 ἔσσόμενον προῖδεῖν συγγενὲς οἷς ἔπεται huc
 adnumerandum, si inter se illa verba conjungimus, ut fecit
 jam Stephanus, quem secuti sunt Mommsen et Bergk.

Quo majorem vim accipiat infinitivus, interdum ei addi-
 tur *articulus*.

O. 2, 51 τὸ δὲ τυχεῖν πειρώμενον ἀγωνίας παραλίει
 δυσφρονᾶν. O. 9, 37 τὸ κανχᾶσθαι παρὰ καιρὸν μανίαισιν
 ὑποκρέχει.

Deinde cum *substantivis et copula* conjunctus subjecti
 loco usurpatur infinitivus.

P. 2, 94 ποτὶ κέντρον λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς
 οἶμος. N. 4, 9 τό μοι θέμεν... ὕμνον προχώμιον εἷη. N.
 7, 104 ταῦτὰ ἀμπολεῖν ἀπορία τελέθει.

Major est numerus exemplorum, ubi *omissa est copula*.
 O. 1, 82 θανεῖν οἷσιν ἀνάγκα. O. 9, 37 τὸ λοιδορῆσαι θεοὺς
 ἐχθρὰ σοφία. P. 1, 99 τὸ δὲ παθεῖν εἰς πρῶτον ἄθλων εἰς
 δ' ἀκοίειν δευτέρα μοῖρα. P. 9, 36 ὅσια κλιτὰν χέρα οἱ
 προσενεγκεῖν, ἢ... κεῖραι μελιαδέα ποίαν; 77 βαιὰ δ' ἐν
 μακροῖσι ποικίλλειν ἀκοὰ σοφοῖς. N. 8, 20 νεαρὰ δ' ἐξεν-
 ρόντια δόμεν βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος. I. 1, 45
 κούφα δόσις ἀνδρὶ σοφῶ... ἔπος εἰπόντια ὀρθῶσαι. N. 10, 50
 οὐ θαυμά σφίσις ἐγγενὲς ἔμμεν ἀεθληταῖς ἀγαθοῖσιν, quam
 satis difficilem constructionem ita explico: dicere potuit
 poeta ἐγγενὲς αὐτοῖς ἔστιν ἔμμεν ἀεθληταῖς ἀγαθοῖς, deinde,
 ut sæpissime, *omissa copula*: ἐγγενὲς αὐτοῖς ἔμμεν ἀεθληταῖς

ἀγαθοῖς. Tum tota hæc sententia subjectum fit verborum οὐ θαῦμα (ἐστίν). Tota igitur constructio talis existit: οὐ θαῦμα (ἐστίν) ἐγγενές σφισιν (εἶναι) ἔμμεν ἀεθληταῖς ἀγαθοῖσιν.

Eodem modo cum *genetivo* conjungitur infinitivus. Cujus rei apud Pindarum hoc unum exstat exemplum.

N. 10, 45 μακροτέρως γὰρ ἀριθμῆσαι σχολᾶς.

Cum *adjectivis* porro et εἶναι vel simili quodam verbo infinitivus conjungitur.

O. 1, 35 ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν εἰκόσ ἀμφὶ δαιμόνων καλά. P. 4, 273 ἀλλ' ἐπὶ χώρας ἔσσαι δυσπαλῆς γίγνεται. N. 5, 18 καὶ τὸ σιγᾶν ἔστι σοφώτατον νοῆσαι. N. 11, 33 συμβαλεῖν εὐμαρῆς ἦν.

Sæpius hic quoque *omittitur* copula.

O. 1, 52 ἐμοὶ δ' ἄπορα γαστρίμαργον μακάρων τιν' εἰπεῖν. O. 8, 25 ὅ, τι γὰρ πολὺ καὶ πολλᾶ ῥέπει, ὄρθᾳ διακρίνειν φρενὶ μὴ παρὰ καιρόν, δυσπαλῆς. 59 τὸ διδάξασθαι εἰδότη ῥάτιρον· ἄγνωμον δὲ τὸ μὴ προμαθεῖν. P. 2, 56 τὸ πλουτεῖν δὲ ἄριστον. P. 3, 115 παύροις δὲ πράξασθ' εὐμαρῆς. P. 4, 247 μακρὰ μοι νεῖσθαι. 272 ῥάδιον πόλιν σεῖσαι καὶ ἀγαυροτέροις. P. 10, 63 τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαρτον προνοῆσαι. P. 11, 42 τὸ δὲ τεὸν — ταρασσέμεν. N. 3, 21 οὐκέτι ἀβάταν ἄλλα περᾶν εὐμαρῆς. N. 4, 71 ἄπορα λόγον ἄπαντὰ μοι διελθεῖν. 7, 77 εἴρειν στεφάνους ἐλαφρόν. N. 8, 4 ἀγαπατὰ ἐπικρατεῖν δύνασθαι. 44 τὸ τεὰν ψυχὰν κομίζαι οὐ μοι δυνατὸν — σεῦ δὲ πάτρα ὑπερεῖσαι λίθον. N. 10, 45 χαλκὸν μυρίον οὐ δυνατὸν ἐξελέγχειν. I. 6, 56 ἐμοὶ δὲ μακρὸν πάσας ἀναγήσασθαι ἀρετᾶς. I. 8, 13 τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον ὄραν ἀεὶ χρῆμα πᾶν. (Habent hic libri manuscripti τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον ἀεὶ χρῆμα, ubi verbum quoddam excidisse metri ratio docet, cumque dicat scholiastes προσήκει τὸ παρὰ πόδας πρᾶγμα σκοπεῖν καὶ εὐ διαυθέναι, Dissen σκοπεῖν reponendum esse conjecit. Sed potius Bergkio assentior locum ita, ut supra scriptus est, exhibenti, et quia sic, quomodo ὄραν post ἄρειον excidere potuerit, facile intelligitur, et quia, ut adnotat Bergk, scholiastam alio verbo, ut alias sæpissime, Pindari locutionem explicasse verisimile

est). I. 8, 43 τὸ μὲν ἐμὸν ὀπάσσαι. P. 1, 35 εἰκότα καὶ τελευτᾷ φερτέρου νόστιου τυχεῖν. (Bergk). fr. 81 οὐ γὰρ εἰκότος καθῆσθαι καὶ κακὸν ἔμμεναι. 89 τί κάλλιον ἢ ἀεῖσαι; 142 Θεῶ δυνατὸν ὄρσαι φάος, σκότῳ δὲ καλύψαι.

2) Post verba, quæ actionem vel condicionem quandam ejusdem subjecti spectant, ad illas significandas ponitur infinitivus. Sunt illa verba aut talia, quæ potestatis, voluntatis, studii significationem habent, post quæ infinitivus objecti loco positus est, aut talia, quæ intransitivam habent notionem, post quæ prædicativam, quam dicunt, vim habet infinitivus.

O. 2, 17 δύναιτο θέμεν. 110 τίς ἂν φράσαι δύναιτο; P. 3, 82 οὐ δύνανται φέρειν. P. 4, 158 δύνασαι ἀφελεῖν. N. 7, 97 δύνασαι διδόμεν. O. 1, 55 καταπέψαι οὐκ ἐδυνασθη. N. 8, 4 ἐπικρατεῖν δύνασθαι. O. 6, 25 ἀγεμονεῦσαι ἐπίστανται. P. 3, 80 συνέμεν ἐπίστα. P. 8, 6 ἔρξαι καὶ παθεῖν ἐπίστασαι. O. 13, 46 εἰδείην λέγειν. I. 8, 26 ἀρίστειον ἀμφέπειν. O. 9, 3 ἄρκεσε ἀγεμονεῦσαι. P. 4, 284 ἔμαθε μισεῖν. N. 7, 56 οὐκ ἔχω εἰπεῖν. O. 7, 20 ἐθελήσω ἀγγέλλων διορθῶσαι. O. 8, 85 ἐθέλοι δόμεν. O. 10, 9 ποιμαίνειν ἐθέλει. O. 13, 9 ἐθέλοντι δ' ἀλέξειν. P. 1, 40 ἐθελήσας τιθέμεν. 62 ἐθέλοντι ναιετάοντες μένειν. P. 3, 77 ἐπεύξασθαι ἐθέλω. P. 9, 1 ἐθέλω ἀγγέλλων γεγωνεῖν. 110 ἀποδρέψαι ἐθέλον. P. 10, 5 ἐθέλοντες ἀγαγεῖν. N. 5, 26 πεδᾶσαι ἤθελε. N. 7, 10 ἐθέλοντι ἀμπολεῖν. 90 ἐν τίν κ' ἐθέλοι ναίειν. N. 8, 10 ἤθελον πείθεσθαι. N. 10, 84 θέλεις ναίειν. N. 11, 40 ἐθέλει φέρειν. I. 1, 15 ἐθέλω ἐναρμόξαι. I. 7, 45 ἐθέλοντ' (α) ἐλθεῖν. O. 2, 97 τὸ λαλαγήσαι θέλων κρύφον τε θέμεν. Observandum est ἐθέλειν interdum ad futuram rem significandam usurpari, velut ἐθελήσω διορθῶσαι, ἐθέλω γεγωνεῖν, ἐπεύξασθαι ἐθέλω, interdum in optativo modo ita cum infinitivo jungi, ut sit idem quod simplex verbum in optativo, ἐθέλοι δόμεν = δοίη, ἐθέλοι τιθέμεν = τιθείη. O. 13, 9 et N. 11, 40 est idem fere quod solere, ut sæpe apud Herodotum. O. 1, 3 εἰ γὰρ ἔν ἐλδεαι. O. 2, 68 ἐτόλμασαν μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν ψυχάν. P. 3, 41 τλάσομαι ὀλέσσαι. P. 4, 276 τλάθι θέμεν. P. 3, 16 ἔμειν'

ἐλθεῖν. N. 5, 14 αἰδέομαι εἰπεῖν. P. 9, 40 τοῦτο αἰδεόνται, τυχεῖν. N. 10, 86 νοεῖς ἀποδάσασθαι. N. 9, 37 βουλευσαί τρέψαι. O. 7, 61 μέλλεν θέμεν. O. 8, 32 μέλλοντες τεῦξαι. 64 μέλλοντα φέρειν. P. 9, 52 μέλλεις ἐνεῖκαι. P. 1, 58 πίθεό μοι κελαδησαι. I. 5, 24 μὴ φθόνηι κιννάμεν. O. 13, 64 ζεῦξαι ποθέων. N. 10, 59 τοῦτον ἢ θεὸς ἔμμεναι οἰκεῖν τ' οὐρανῷ εἴλειτ' αἴωνα. P. 1, 90 φιλεῖς κλύειν. P. 3, 18 φιλοῖσιν ὑποκουρίζεσθαι. N. 1, 12 μεμνᾶσθαι φιλεῖ. P. 4, 92 ἐπιψαύειν ἔραται. N. 1, 31 οὐκ ἔραμαι κατακρύψαις ἔχειν, ἀλλ' εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι. O. 5, 24 μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι. I. 5, 14 μὴ μάτενε Ζεὺς γενέσθαι. Ab hujusmodi verbis voluntatis facilis est transitus ad verba *motum* significantia item cum infinitivo conjuncta. O. 1, 58 μενοινῶν κεφαλαῖς βαλεῖν. P. 1, 43 αἰνῆσαι μενοινῶν. O. 4, 11 σπεῦδει ὄρσαι. N. 9, 21 σπεῦδεν ἰκέσθαι. O. 9, 102 ὄρουσαν ἐλέσθαι. O. 8, 5 μαιομένων λαβεῖν. N. 1, 43 ἀμφελίξασθαι μεμαῶτες. O. 3, 25 θυμὸς ὄρμα πορεύειν νιν¹). N. 1, 5 ὄρμᾶται θέμεν. I. 8, 67 ἔσσονται κελαδησαι. fr. 107 ἔσσυμένα ἐλαύνειν. fr. 75, 12 μελπόμεν ἔμολον.

O. 3, 24 κᾶπος ἔδοξεν ὑπακουέμεν. O. 5, 16 σοφοὶ ἔδοξαν ἔμμεν. O. 13, 56 ἐδόκησαν τέμνειν. 71 εἰπεῖν ἔδοξεν. P. 6, 40 ἐδόκησεν ὑπατος ἔμμεν. N. 4, 37 δόξομεν ὑπέρτεροι καταβαίνειν. O. 13, 102 τὰ δ' Ὀλυμπία εἶοικε λελέχθαι. P. 10, 48 φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον. fr. 149 κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν.

Hic aptissime afferri posse videntur *sentiendi* et *dicendi* verba, ubi ejusdem subjecti actionem spectant.

O. 1, 64 εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἔλπεται τι λαθόμεν ἔρδων. O. 1, 109 ἔλπομαι κλέξιν. P. 1, 44 ἔλπομαι μὴ βαλεῖν, ἀμεύσασθαι δέ. P. 10, 55 ἔλπομαι θησέμεν. N. 4, 92 ἔλπεται φάσθαι. N. 6, 30 ἔλπομαι τυχεῖν. Quibus accedat P. 3, 111

¹) Omnes quidem codices, excepto Ambr., ὄρμαιν' habent, sed cum nullo alio loco apud Pindarum in fine versus, nedum strophæ, adhibita sit elisio, Westphalio assentior scripturam ὄρμα, quam præbet Ambr., hic unam veram esse judicanti (Metr. II, 109). Sic etiam scholiastes legisse videtur, explicans: τότε δὴ ὁ θυμὸς παρώρμησι τὸν Ἡρακλῆα ἐπὶ τὴν Ἰσθρίαν γῆν πορεύεσθαι,

ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὐρέσθαι κεν. P. 4, 33 φάτο δ' Εὐρύπυλος ἔμμεναι. P. 9, 91 φάτι εὐκλείξει (si recte hunc locum mutavit Schneidewin). fr. 243 φάν δ' ἔμμεναι Ζηγὸς υἱοί. P. 4, 102 φάμι οἴσειν. N. 7, 102 οὐ φάσει ἐλκύσαι. O. 3, 1 εὐχομαι ἀδεῖν. P. 4, 293 εὐχεται ἰδεῖν — ἐκδόσθαι — θιγέμεν. N. 9, 54 εὐχομαι κελαδῆσαι τιμαλφεῖν τε. I. 6, 14 εὐχεται δέξασθαι. P. 8, 67 εὐχομαι βλέπειν. In his exemplis rogandi significationem habet verbum εὐχεσθαι, dicendi vero O. 6, 52 οὐτ' ἀκούσαι οὐτ' ἰδεῖν εὐχοντο. P. 4, 166 ὄμνημι προήσειν. N. 7, 70 ἀπομνύω μὴ ὄρσαι. O. 1, 103 πέποιθα μὴ τινα δαιδαλωσέμεν. P. 4, 222 καταινήσαν γάμον μῖξαι. N. 1, 14 κατένευσεν ὄρθώσειν. P. 11, 41 συνετίθειν παρέχειν. N. 8, 8 λιτάνειον ἰδεῖν. N. 10, 39 ἀξιώθειν κεν μὴ κρύπτειν φάος.

3) Post verba, quæ actionem significant, qua alios ad aliquid faciendum impellimus, infinitivus adhibetur ad id significandum, quod factum volumus.

O. 6, 32 ἐκέλευσεν δόμεν. P. 9, 115 ἐκέλευσεν διακρίναι. N. 4, 80 εἴ με κελεύεις θέμεν. O. 7, 64 ἐκέλευσεν Λάχεσιν χεῖρας ἀντεῖναι — μὴ παρφάμεν, ἀλλὰ νεῦσαι. O. 13, 79 πιθέσθαι κελήσατο μιν καὶ θέμεν. O. 6, 70 θέσθαι κέλευσεν. P. 4, 159 κέλειται κομίζαι δέσμα τε ἄγειν. (Hoc uno loco cum infinitivo præsentis conjunctum est κελεύω, alias semper cum aoristo). I. 6, 37 κελήσατο ἄρξαι. fr. 5 κέλοντο ὄρσαι. O. 3, 38 ὀτρύνει φάμεν. O. 6, 88 ὀτρυνον κελαδῆσαι γυνῶνάι τε. P. 4, 40 ὀτρυνον θεραπόντεσσιν φυλάξαι νιν. 164 ὀτρύνει με τεύχειν. N. 1, 7 ὀτρύνει ζεῦξαι. N. 9, 20 στείχειν ἐπώτρυνε. O. 11, 24 ὄρσαν ἀεῖσαι. O. 13, 12 γλώσσαν ὄρνει λέγειν. P. 4, 170 ὄρνεν κάρυκας πλόον φαινέμεν. P. 9, 66 ἔντυεν κραίνειν. N. 9, 36 ἔντυεν ἀμύνειν. O. 3, 36 τοῖς ἐπέτραπεν ἀγῶνα νέμειν. fr. 122 ὑμῖν ἔπορεν ὄρας καρπὸν δρέπεσθαι. O. 1, 30 καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν ἔμμεναι. P. 11, 23 ἔκνισεν ὄρσαι χόλον. P. 3, 56 ἔτραπε κομίσαι. P. 9, 43 ἔτραπε παρφάμεν. P. 4, 19 κείνος ὄρνις ἐκτελειάσει μεγαλῶν πολίων ματρόπολιν Θήραν γενέσθαι. O. 7, 50 ὦπασε κρατεῖν. I. 4, 38 ἔφρασε λοιποῖς ἀθύρειν. I. 2, 9 ἐφίημι φυλάξαι. N. 6, 8 ἄμμι πότιμος ἔγραψε δραμεῖν. O. 5,

20 αἰτήσων (σε) πόλιν δαιδάλλειν. N. 9, 30 αἰτέω σε ὀπάζειν — — ἐπιμῖξαι. fr. 116 καλεῖ με χορευῆσαι. P. 11, 8 καλεῖ συνίμεν. P. 5, 124 εἵχομαι νιν τοῦτο δόμεν γέρας ἐπι Βάϊτου γένει. P. 4, 207 λίσσοντο δεσπότην ἐκφυγεῖν κινήθμον. P. 4, 54 τὸν Φοῖβος ἀμνάσει ἀγαγεῖν. 165 προήσειν μοναρχεῖν καὶ βασιλευμέν. O. 7, 40 ἐντειλεν φυλάξασθαι. P. 3, 65 πίθον κέν νιν παρασχεῖν. P. 4, 200 κάρυξε αὐτοῖς ἐμβαλεῖν. 61 σὲ χαίρειν αὐδάσαισα. O. 6, 92 εἰπὸν μεμνᾶσθαι. P. 9, 119 εἶπε δ' ἀπάγεσθαι. 95 αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν ἐννεπεν. N. 3, 75 φρονεῖν ἐνέπει. I. 6, 17 Κλωθῶ προσεννέπω ἐσπέσθαι. N. 3, 28 Αἰακῶ σε φαρὶ Μοῖσαν φέρειν. Hic in extremis habes aliquot dicendi verba jubendi vi prædita.

Post eadem verba in passivo ad subjectum relatus ponitur infinitivus. I. 8, 5 αἰτέομαι καλέσαι. N. 4, 35 ἕγγι δ' ἔλχομαι ἤτορ νεομηνία θυγέμεν.

His verbis cognata sunt ea, quæ *impediendi* significationem habent. P. 4, 33 κώλυεν μείναι. N. 4, 33 ἐξενέπειν ἐρύκει με τεθμός. N. 11, 23 ἐλπίδες γονέων παιδὸς βίαν ἔσχον πειρᾶσθαι ἄθλων. I. 1, 60 πάντα ἐξείπειν ἀφαιρεῖται ἕμνος. O. 9, 78 παραγορεῖτο μὴ ταξιοῦσθαι. fr. 229 νικώμενοι γὰρ ἄνδρες ἀγρυξία δέδενται οὐ φίλων ἐναντίον ἐλθεῖν.

4) Post verba, quæ significant *facere* aliquem aliquid, mittere aliquem in aliquem locum, eligere, accipere aliquem ad aliquid, dare alicui aliquid, et cognata ponitur infinitivus ad id significandum, quod facere debet is, quem mittimus, eligimus cet. ut *finiti* verbi *objectum infinitivi subjectum* sit.

P. 9, 57 χθονὸς αἶσαν συντελέθειν δωρήσεται. N. 1, 24 λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλοὺς ὕδωρ κάπνω φέρειν ἀντίον »contra vituperatores nactus est bonos viros, qui aquam ad fumum exstinguendum afferant«, ut vulgo hunc locum interpretantur recentiores. Quod si Aristarchum sequimur, qui λέλογχε impersonaliter positum existimat, ut vertendum sit: »iis, qui bonos viros vituperant, contingit, ut contra fumum aquam ferant«, tum ad exempla pag. 1 hic locus est referendus. P. 9, 7 θῆκέ νιν δέσποιναν, ῥίζαν ἀπείρου τρίαν οἰκεῖν. N. 7, 29 ὃν Μενέλα δάμαρτα χομίσαι πόρευσαν Ζεφύροιο πομπαι πρὸς Ἴλον πόλιν. et fortasse I. 6, 45 νῦν

σε λίσσομαι παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας ἀνδρὶ τῷδε, ξεῖνον ἀμὸν μοιρίδιον τελέσαι. Boeckh: expeto a te huic viro filium, qui hospitem meum beatum reddat. Sed offendit et λίσσομαι cum duplici accusativo et μοιρίδιον pro eo quod est beatum positum, quod num aliis exemplis confirmari possit nescio. Valde probabilis videtur Bergkii correctio: νῦν σε λίσσομαι παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας ἄνδρα τόνδε, ξεῖνον ἀμὸν, μοιρίδιον τελέσαι. Huc etiam referendæ sunt constructiones, qualis est Homericæ illa δῶκε ξεινήιον εἶναι (vid. Krüger II, 55, 3, 21). Ejus generis exempla apud Pindarum hæc sunt: O. 9, 63 μάτρωος δ' ἐκάλεσσέ μιν ἰσωνυμον ἔμμεν. P. 5, 90 εὐθύτομον κατέθηκεν ἰππόκροτον ἔμμεν ὁδόν (viam struxit, quæ in pompis Apollineis ab equis pulsaretur). P. 9, 118 αὐτὰν σιᾶσε τέλος ἔμμεν. fr. 30 Θέμιν Μοῖραι ἄγον ἄλοχον Διὸς ἔμμεν. cfr. O. 1, 30.

5) Verbis quæ *dandi* vel *accipiendi* notionem habent, ad finem significandum, propter quem damus vel accipimus aliquid, additur infinitivus ita, ut *finiti* verbi *objectum* idem *infinitivi objectum* sit.

O. 6, 33 ἦρωι πορσαίνειν δόμεν βρέφος. 34 λάχε τ' Ἀλφειὸν οἰκεῖν. O. 13, 106 Δι τοῦτ' ἐκδώσομεν πράσσειν. P. 2, 57 τὸ δὲ σάφα νιν ἔχεις ἔλευθέρα φρενὶ πεπαρεῖν. P. 3, 45 πόρε νιν Κενταύρω διδάξαι. P. 4, 115 δῶκαν Χείρωνι τράφεν. 259 ἔπορε Λιβύας πεδίον ὀφέλλειν, ἄστν διανέμειν. P. 12, 22 ἀλλά νιν εὐροῖσ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν. O. 9, 66 ὦπασε λαὸν διαιτᾶν. I. 5, 47 γλῶσσα τοξέματ' ἔχει κελαρύσαι. O. 13, 11 ἔχω καλὰ φράσαι. O. 9, 75 ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι μαθεῖν Πατρόκλου βιατὰν νόον. P. 9, 64 θήσονται νιν ἀθάνατον -- — τοῖς δ' Ἀρισταῖον καλεῖν. I. 2, 15 Ποσειδάων αὐτῷ στεφάνωμα κόμα πέμπεν ἀναδεῖσθαι (misit ei coronam, quam crinibus illigaret). P. 5, 118 διδοῖτ' ἔχειν (sc. δύναμιν) et omisso objecto N. 10, 26 Μοῖσαισιν ἔδωκ' ἀρόσαι.

Interdum post talia verba variatur structura ita, ut finiti verbi objectum ad infinitivum *dativo* casu subaudiendum sit, velut P. 4, 221 ἀντίτομα ὀδυνᾶν δῶκε χρίεσθαι. P. 2, 67 βουλαὶ ἐμοὶ ἔπος σε ἐπαινεῖν παρέχοντι.

Eodem modo passivi verbi subjectum infinitivi objectum est. I. 5, 44 *τετείχισται πύργος ὑψηλαῖς ἀρειταῖς ἀναβαίνειν*. Boeckh: munita est turris, quam excelsis virtutibus escendant. Dissen vero *ὑψηλαῖς ἀναβαίνειν* conjungit vertens: arduis accessu, inaccessis.

Interdum ad præcedentem dativum refertur infinitivus, ut dativus ille infinitivi subjectum sit. O. 1, 8 *ὄθεν ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν Κρόνου παῖδα*. O. 3, 4 *Μοῖσα παρέστα (vel παρίστα) μοι νεοσίγαλον εὐρόνι ιρόπον Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλω*.

Omnino ad enuntiationem aliquam ita addi potest infinitivus, ut id significet, quod ex illa enuntiatione sequitur, ubi pedestris orationis scriptores ὥστε utuntur.

I. 3, 9 *ἔστι διδύμων ἄθλων Μελίσσῳ μοῖρα, πρὸς εὐφροσύναν ιρέψαι ἦτορ*. P. 4, 185 *πόθον δ' ἔνδαιεν Ἥρα, μή τινα λειπόμενον μένειν, ἀλλὰ φάρμακον εὐρέσθαι*. N. 3, 31 *ποιτίφορον κόσμον ἔλαχες, γλυκί τι γαρνέμεν*. P. 4, 145 *Μοῖραι δ' ἀφίσταντ' εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι*. »Parcæ vero aversantur, si qua simultas intercedit cognatis, pudorem ut posuerint». Boeckh, quem sequendum censeo. Neque enim, consideratis præcedentibus exemplis, e quibus præsertim consimile est I. 3, 9, omissionem vocis ὥστε nimis duram visum iri arbitror. Dissen vertit: Parcæ secedunt — — ad pudorem suum occultandum. In qua explicatione, alioqui perpulchra, offendit *καλύψαι* pro eo quod est *καλύψασθαι* positum. Fortasse etiam huc adnumerandum est O. 1, 40 *τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἀρπάσαι δαμέντα φρένας ἰμέρῳ χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις ὕπατον εὐρντίμον ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι*. »ita amore captus, ut eum in Jovis domum transportaret», Boeckh. Erdmann (de Pindari usu syntactico p. 73) conjungit *ἰμέρῳ μεταβᾶσαι*. Sed maxime arridet Bergkii correctio, *μεταβάσαντ'* ibi scribentis.

7) Ad præcedentem aliquam vocem vel sententiam planius explicandam additur infinitivus (*exegeticus*).

O. 1, 69 *έτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον, — Ἴπποδάμειαν σχεθέμεν*. O. 3, 6 *πράσσοντί με τοῦτο χρέος — — συμμίξαι*. O. 6, 65 *ᾤπασε θησαυρὸν δίδυμον, τόχα μὲν φωνὰν ἀκοῦ-*

σαι, εὐτ' ἂν δὲ ἐλθῶν Ἡρακλῆς πατρὶ ἑορτὰν κτίσῃ, τότε αὐτὸν χρησιμῆριον θέσθαι κέλευσεν. O. 2, 92 αὐδάσομαι ἐνόρχιον λόγον, τεκεῖν μὴ τινα πόλιν ἄνδρα μᾶλλον εὐεργέταν. P. 4, 73 μάντευμα — — τὸν μονοκρήτιδα πάντως ἐν φυλακᾷ σχεθέμεν. 288 φαντὶ δ' ἔμμεν τοῦτ' ἀνιαρότατον, καλὰ γίνωσκοντ' ἐκίος ἔχειν πόδα. N. 3, 29 δίκας ἄωτος, ἐσλὸς (= ἐσλοῦς) αἰνεῖν. (Bergk, cui dubia videtur istiusmodi correptio apud Pindarum, scribit: ἔθνος αἰνεῖν). N. 7, 50 θρασύ μοι τόδ', εἰπεῖν, hæc mihi audacia est, ut dicam. P. 9, 40 τοῦτο αἰδέονται — — τυχεῖν. P. 2, 21 Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα λέγειν, τὸν εὐεργέταν τίνεσθαι. N. 9, 6 ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώπων τετελεσμένον ἐσθλὸν μὴ σιγαῖ καλύψαι et P. 6, 23, qui locus longior est, quam ut hic adscribatur.

8) Cum *substantivis* ita conjungitur infinitivus, ut *genetivi* vicem obtineat. P. 9, 104 χρέος ἐγείραι αἰοιδάν. N. 6, 51 πρόσοδοι κοσμεῖν. I. 4, 2 εὐμαχανίαν διώκειν. P. 3, 111 ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὐρέσθαι κεν. P. 10, 17 ἐποιο μοῖρα πλοῦτον ἀνθεῖν σφίσι. (De constructione, quæ est O. 3, 33 τῶν νιν ἕμερος ἔσχεν — — φηγεῖσθαι vide Madvigii Synt. Græc. § 153).

9) Cum *adjectivis* ita conjungi potest infinitivus, ut is vel id, cui additum est adjectivum, infinitivi aut subjectum aut objectum sit. Illius generis exempla hæc sunt: O. 6, 17 ἀγαθὸς δουρὶ μάρνασθαι. 100 ἀγαθαὶ ἀπεσκήψθαι δὴ ἄγκυραι. O. 11, 9 δυνατὸς λῦσαι. N. 2, 14 δυνατὸς θρέψαι. N. 6, 37 δυνατὸς παρέχειν. N. 9, 37 παῦροι δυνατοὶ βουλεῦσαι. I. 7, 44 βραχὺς ἐξικέσθαι. N. 10, 19 βραχύ μοι στόμα ἀναγῆσασθαι. I. 4, 51 συμπεσεῖν βαρῆς. N. 7, 76 τραχὺς καταθέμεν. O. 9, 80 ἐρησιεπῆς ἀναγεῖσθαι vel πρόσφορος ἀναγεῖσθαι. hoc modo Tafel, illo Boeckh verba conjungit. P. 4, 139 ὠκύτεραι αἰνῆσαι. P. 8, 29 ἄσχυλος ἀναθέμεν. I. 3, 3 ἔξιος μεμίχθαι. N. 10, 79 πιστοὶ μεταλαμβάνειν. et fortasse P. 8, 74 πολλοῖς σοφὸς δοκεῖ βίον κορυσσέμεν (Bergk. σοφοῖς).

Alterius generis hæc sunt exempla:

O. 8, 19 ἐσορᾶν καλὸς. P. 7, 7 ἐπιφανέστερος πνθέσθαι. P. 11, 26 καλύψαι ἀμάχανον O. 7, 25 τοῦτο δ' ἀμάχανον

εἴρειν ὃ, τι φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν. O. 11, 40 ἀποθέσθ' ἄπορον. N. 3, 30 κρέσσονες φέρειν. N. 4, 94 ἀπάλαιστος ἔλκειν. N. 5, 18 σοφώτατον νοῆσαι. N. 10, 20 βαρὺς ἀνιῶσαι. I. 4, 50 ὄνοτος ἰδέσθαι. I. 7, 22 σθένει τ' ἐκπαγλὸς ἰδεῖν τε μορφάεις. O. 13, 13 ἄμαχον κρύψαι. 48 νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος. P. 1, 26 θαυμάσιον προσιδέσθαι, θαῦμα δὲ καὶ ἀκοῦσαι. P. 6, 52 γλυκεῖα φρῆν ὀμιλεῖν. N. 10, 72 χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποις ὀμιλεῖν κρεσσόνων. I. 2, 37 αἰδοῖος ἦν ἀσίοις ὀμιλεῖν. P. 10, 48 ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι, θεῶν τελεσάντων, οὐδὲν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον. ἄπιστον θαυμάσαι, incredibile ad mirandum i. e. adeo incredibile, ut id cum admiratione accipere nolis, ut interpretor cum Boeckhio. Conferri potest dictum Pythagoræ apud Iambl. Protr. p. 324, 360. περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίσκει. Erdmann (l. c. p. 70) vertit: tam incredibile, ut mirer. Tunc igitur poëta diceret nihil se admirari eorum, quæ dii facerent, quæ sententia num pindarica sit, jure dubitari posse videtur. Bergk post θαυμάσαι interpungit, ut fecerunt jam antiquissimi aliquot editores, sed tunc satis jejuna fit sententia. N. 6, 9 τεκμαίρει καὶ νυν Ἀλκιμίδα τὸ συγγενὲς, ἰδεῖν ἄγχι καρποφόροις ἀρούραις. »Argumento est Alcimidæ gens, conspectu similis arvis frugiferis». Ita enim lego, Hartungium et Bergkium secutus. ἄγχι ibi pro adjectivo positum. τεκμαίρει eodem modo sine objecto positum est O. 6, 73, τεκμαίρει χρῆμ' ἕκαστον.

Interdum ita cum adjectivis conjungitur infinitivus, ut significet, quem ad finem adjectivi subjecto utatur aliquis. (Madv. Synt. § 150, b) fr. 168 ἦν δὲ ἰδόντα διακρίνειν πολλὸς ἐν καιρῷ χρόνος. ὁ χρόνος πολλὸς ἦν διακρίνειν, longum erat temporis spatium, in quo discerneres. P. 7, 1 κάλλιστον προοίμιον κρηπιδ' ἀοιδᾶν βαλέσθαι, pulcherrimum prooemium, quo jaciatur fundamentum carminum. fr. 108 εἰθεῖα κέλευθος ἀρετᾶν ἐλεῖν, recta est via ad virtutem adipiscendam, vel qua virtutem adipiscaris.

Post comparativum et ἦ ponitur ὡς cum infinitivo O. 13, 113 μάσσον' ἦ ὡς ἰδέμεν.

10) ὥστε cum infinitivo significat, quid ex præcedente sententia consequatur. O. 9, 74 ὥστε δεῖξαι μαθεῖν. N. 5, 1

οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ' ὥστε ἐργάζεσθαι ἀγάλματα. 50 εἰ δὲ Θεμίστιον ἴκεις ὥστ' αἰεῖν. 35 κατένευσέν οἱ Ζεὺς ὥστε πράξειν ἄκοιτιν, ubi abundat illud ὥστε. Potuerat enim κατένευσεν cum solo infinitivo conjungere ut N. 1, 14.

ὥστε cum finito verbo positum nusquam apud Pindarum invenitur.

11) Πρίν cum infinitivo his locis, et semper quidem post affirmantem sententiam, positum est:

P. 2, 91 ἐνέπαξαν ἔλκος ἐᾶ πρόσθε καρδία, πρίν τυχεῖν. P. 3, 8 τὸν — — πρίν τελέσσαι, κατέβα. P. 9, 113 εὖρεν, πρίν μέσον ἄμαρ ἐλεῖν, ὠκίτατον γάμον. N. 7, 73 ἐξέπεμψεν, πρίν ἀελίῳ γυῖον ἐμπυσεῖν. N. 8, 19 ἴσιαμαι ἀμπνέων πρίν τι φάμεν. 50 ἦν ἐπικώμιος ὕμνος καὶ πρίν γενέσθαι τὰν Ἰδράστιον τὰν τε Καδμείων ἔριν. N. 9, 25 κρύψεν, πρίν τυπέντα αἰσχυνθῆμεν. I. 4, 31, ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας, πρίν τέλος ἄκρον ἰκέσθαι. πρίν cum finito verbo his locis conjunxit Pindarus: O. 9, 57 — — πρίν Ὀλύμπιος ἀγεμῶν μίχθη καὶ ἐνείκεν. O. 13, 65 πόλλ' ἔπαθεν, πρίν γέ οἱ Παλλὰς χαλινὸν ἦνεγκε. N. 4, 28 πόρθησε — — οὐ πρίν ἔλεν. Sive igitur cum infinitivo, sive cum finito verbo πρίν conjunxit, semper aoristo usus est.

12) Jubendi vel vetandi significatione *absolute* usurpatur infinitivus. O. 6, 63 δεῦρο ἔμεν (ibi ἔμεν cum præcedente ὄρσο conjungit Erdmann l. c. p. 71). I. 4, 12 καὶ μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετάν. (P. 8, 78 μέτρῳ καταβαίνειν legit Bergk. P. 5, 27 et P. 11, 42. e Mommsenii sententia huc pertinent).

In precibus item *absolute* ponitur infinitivus. Quæ constructio ita explicanda videtur, ut imperativum δός vel simile quoddam verbum omissum existimemus. O. 13, 114 ἄνα, κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσίν. (Bergkium si sequemur, qui ἄνα ibi exhortantis esse existimat, hic locus ad præcedentia exempla erit referendus. P. 1, 67 Ζεῦ τέλει' αἰεὶ δὲ ἰοιανύταν αἴσαν διακρίνειν ἔνυμον λόγον ἀνθρώπων, utinam verax hominum sermo talem sortem civibus et regibus adjudicet (Boeckh). Locus difficilis et fortasse corruptus. N. 11, 10 ἀλλὰ σὺν δόξᾳ τέλος δωδεκάμηνον περᾶσαι σὺν ἀτρώτῳ κραδία,

ubi Dissen *περάσαι νιν* legi voluit. Libri *περάσαι* habent. Horum igitur exemplorum nullum omni caret dubitatione.

13) *Nominativum cum infinitivo* uno loco adhibuit Pindarus. O. 7, 62 *εἶπέ τιν' αὐτὸς ὄρα̃ν γαῖαν*. Exempla, ubi omissum est subjectum, vid. pag. 5.

14) Quomodo solus infinitivus, item *accusativus cum infinitivo* conjungitur cum verbis locutionibusque impersonalibus ita, ut *subjecti* locum obtineat.

O. 1, 100 *ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι κείνον χρεῖ*. 115 *εἶη σέ τε πατεῖν, ἐμέ τε ὀμιλεῖν*. O. 2, 46 *πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου τυγχανέμεν*. O. 6, 28 *δεῖ μ' ἐλθεῖν*. O. 8, 74 *ἐμὲ χρεῖ φράσαι*. O. 13, 94 *ἐμὲ οὐ χρεῖ καρτύνειν*. P. 2, 53 *ἐμὲ δὲ χρεῶν φεύγειν*. 96 *εἶη με ὀμιλεῖν*. P. 3, 2 *εἰ χρεῶν τοῦτ' εὖξασθαι*. P. 4, 1 *χρεῖ σε σταῖμεν*. 141 *ἐμὲ χρεῖ καὶ σὲ ὑφαίνειν ὄλβον*. P. 5, 104 *τὸν πρέπει ἀπίειν*. N. 5, 49 *χρεῖ δ' ἀπ' Ἀθανᾶν τέκτον' ἀθληταῖσιν ἔμμεν*. 7, 44 *ἐχρη̃ν δέ τιν' ἔμμεναι* — — *οἰκεῖν τε*. N. 11, 17 *ἐν λόγοις ἀσπιῶν νιν αἰνεῖσθαι χρεῶν*. I. 8, 16 *χρεῖ δ' ἀγαθὰν ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν*. I. 1, 64 *εἶη μιν φράξαι χεῖρα*. N. 2, 6 *ὀφείλει Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι ἄωτον ἐν Πηθίοισί τε νικᾶν Τιμονόου παῖδ'· ἔστι δ' εἰκὸς* — — *μὴ τηλόθεν Ὠαρίων' ἀνεῖσθαι*. O. 8, 33 *ἦν νιν πεπρωμένον ἀμπνεῦσαι καπνόν*. I. 8, 35 *πεπρωμένον ἦν φέρτερον γόνον ἀνακτα πατρὸς τεκεῖν ποντίαν θεόν*. P. 2, 81 *ἀδύνατα δ' ἔπος ἐκβαλεῖν κραταιὸν δόλιον ἀσιόν*. P. 9, 42 *τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν*. N. 7, 55 *τωχεῖν δ' ἐν' ἀδύνατον*. P. 1, 33 *πρώτα χάρις πομπαῖον ἐλθεῖν οὔρον*. P. 4, 71 *θέσφατον ἦν Πελίαν θανέμεν*.

15) *Objecti* loco ponitur accusativus cum infinitivo post verba, quæ dicendi vel sentiendi notionem habent.

O. 3, 39 *γάμεν ἐλθεῖν κῦδος*. O. 6, 49 *Φοῖβον γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν*. O. 7, 55 *φαντὶ οὔπω φανεράν Ῥόδον ἔμμεν, κεκρύφθαι δέ*. P. 1, 52 *φαντὶ ἦρωας ἐλθεῖν*. P. 2, 21 *Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα λέγειν, τίνεσθαι*. 64 *φαμί σε δόξαν εὔρειν*. P. 4, 14 *φαμί Ἐπάφοιο κόραν ῥίζαν φυτεῦσεσθαι*. 88 *φαντὶ θανεῖν Ἰφιμεδείας παῖδας*. 278 *ἄγγελον ἐσλὸν ἔφατι μὰν πράγματι φέρειν*. 287 *φαντὶ δ' ἔμμεν τοῦτ' ἀνιαρότατον*. P. 6, 21 *φαντὶ Φιλύρας υἱὸν Πηλεΐδα παραινεῖν*. P.

7, 20 φαντὶ οὕτω κεν εὐδαιμονίαν τὰ καὶ τὰ γέρεσθαι. N. 1, 66 φᾶσέ νιν δώσειν μόρφ, καὶ περιύρσεσθαι κόμαν· αὐτὸν μὲν σεμνὸν αἰνήσειν δόμον. P. 12, 17 τὸν ἀπὸ χρυσοῦ φάμεν ἔμμεναι. N. 7, 87 φαῖμέν κε γείτον' ἔμμεναι γείτοσι χάσμα. I. 6, 20 φαντὶ τέθμιόν μοι ἔμμεν ὑαινέμεν. 72 γαίης κέ νιν ἔμμεν ἀκόναν. I. 8, 51 φαντὶ ξύν' ἀλέγειν γάμον ἀνακτας. O. 2, 27 λέγοντι βίοτον ἀφθιτον Ἴνοϊ τεύχθαι. O. 9, 50 λέγοντι χθόνα κατακλῖσαι ὕδατος σθένος, ἀλλὰ ἀνάπτωιν ἀντλον ἐλεῖν. P. 2, 59 εἰ λέγει ἕτερόν τινα γενέσθαι ὑπέρερον. N. 7, 84 λέγοντί νιν φνιεῦσαι. P. 4, 97 ποίαν γαῖαν εὔχεται πατρίδ' ἔμμεν. O. 13, 61 ἐξεύχει' ἐν ἄστει Πειράνας κλαῖρον ἔμμεν. O. 1, 36 σὲ δ' ἀντία προιέρων φθέγξομαι — — Ἀγλαοτρίαιναν ἄρπασαι. O. 2, 92 ἀνδάσομαι ἐνόρχιον λόγον — — τεκεῖν μὴ τινα πόλιν ἄνδρα μᾶλλον εἰεργέταν. O. 6, 56 κατεφάμιξέν μιν καλεῖσθαι. O. 9, 109 ὄρυσαι τόνδ' ἀνέρα γεγάμεν εὔχειρα. I. 4, 25 ἄρμα καρύξαισα νικᾶν. O. 7, 66 νεῦσαι μιν ἐᾶ κεφαλαῖ γέρας ἔσσεσθαι. N. 5, 52 φθέγξαι νιν ἐλεῖν ἀρετάν. I. 5, 59 αἰνέω Πυθέαν εὐθυπορησαι. O. 5, 20 αἰτήσων σε φέρειν γῆρας εἰθυμον. P. 3, 1 ἦθελον Χείρωνά κε ζώειν — — ἄρχειν τε. P. 4, 109 πεύθομαι Πελίαν ἀποσνλαῖσαι. 38 πεύθομαι αὐτὰν βᾶμεν. N. 4, 77 πάτραν ἀκούομεν πρόπολον ἔμμεναι. N. 7, 20 πλέον' ἔλλομαι λόγον γενέσθαι. fr. 61 τί δ' ἔλλπει σοφίαν ἔμμεναι. P. 1, 36 δόξαν φέρε ἔσσεσθαι νιν ὀνομαστάν. Et omisso infinitivi subjecto: O. 8, 86 εὔχομαι μὴ φέμεν. O. 10, 16 ἐγγυάσομαι μὴ ἀφίξεσθαι. P. 4, 243 ἤλπειτο οὐκέτι πράξασθαι¹⁾. P. 9, 99 εὔχοντι πόσιν ἔμμεν. N. 9, 6 ἔσσι τις λόγος μὴ καλύψαι. I. 8, 31 ἄλοχον φέλων ἐκάτερος εἰν ἔμμεν²⁾.

¹⁾ Hermannus contra librorum omnium auctoritatem πράξασθαι corrigit, quod nullo modo necessarium esse exemplis demonstratur, quæ p. 5 attuli, ubi quater ἔλλομαι cum infinitivo aoristi, bis cum presentis conjunctum vides. ἔλλομαι opinandi significatione positum paulo supra legitur.

²⁾ His exemplis manifesto refutatur L. Schmidt, qui in libro, qui inscribitur Pindars Leben und Dichtung, p. 93 Pindarum infinitivi subjectum ita omisisse negat.

Passivæ ejusmodi verborum constructionis hæc sunt exempla. P. 3, 88 λέγονται σχεῖν. N. 6, 63 λέγεται δονεῖν. N. 9, 39 λέγεται κλέος ἀνθῆσαι. O. 6, 29 ἄ λέγεται τεκεῖν.

16) Ubi ad infinitivum *negatione* opus est, sæpissime μῆ utitur Pindarus et semper quidem ubi jubendi vel optandi potestas in sententia inest. O. 7, 64 ἐκέλευσεν Λάχεσιν μῆ παραγάμεν. O. 9, 78 παραγορεῖτο μῆ ταξιοῦσθαι. N. 9, 6 ἔστι δέ τις λόγος τετελεσμένον ἔσλὸν μῆ σιγαῖ καλύψαι. P. 6, 23 φαντὶ Φιλύρας υἱὸν Πηλεΐδα παραινεῖν ταύτας μῆ ποτε τιμᾶς ἀμείρειν γονέων βίον. I. 4, 12 καὶ μῆ ποτε μακροτέραν σπεύδειν ἀρειάν. O. 8, 86 εὔχομαι μῆ θέμεν. N. 10, 39 ἀξιοφείην κεν μῆ κρύπτειν φάος. Item ubi articulum habet infinitivus. O. 8, 59 τὸ μῆ προμαθεῖν. Post impersonales locutiones μῆ habes I. 1, 43 χρῆ μῆ φέρειν. N. 2, 12 ἔστι δ' εἰκόσ μῆ τηλόθεν Ὁαρίων' ἀνεῖσθαι. O. 8, 24 διακρίνειν μῆ παρὰ καιρὸν δυσπαλές. Οὐκ habes P. 2, 88 χρῆ οὐκ ἐρίζειν. Post dicendi et sentiendi verba μῆ est P. 1, 44 ἔλπομαι μῆ βαλεῖν. N. 7, 70 ἀπομνύω μῆ ὄρσαι. O. 2, 92 ἐνόρκιον λόγον τεκεῖν μῆ τινα πόλιν. O. 10, 16 ἐγγνάσσομαι μῆ ἀφίξεσθαι O. 1, 106 πέποιθα μῆ τινα δαιδαλωσέμεν. Οὐκ his locis: O. 6, 52 οὐτ' ἀκοῦσαι οὐτ' ἰδεῖν εὔχοιο. O. 7, 55 φαντὶ δ' οὐπω φανεράν 'Ρόδον ἔμμεν. P. 4, 243 ἤλπειο οὐκέτι πράξασθαι. In fine significando adhibetur μῆ P. 4, 185; in rei consequentia significanda οὐ. fr. 229 δέδενται οὐ φίλων ἐναντίον ἐλθεῖν.

17) Κέν cum infinitivo his locis positum est: P. 3, 111 ἐλπίδ' ἔχω κλέος εἰρέσθαι κεν. P. 7, 20 φαντὶ οἴτω κεν εὐδαιμονίαν τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι. O. 1, 109 ἔτι γλυκντέραν κεν ἔλπομαι κλεῖξιν, qui locus memorabilis propter κέν cum futuro infinitivi, quem apud atticos scriptores cum ἄν conjungi negat Madvig Synt. 173, 2.

18) His locis infinitivus articulum habet: O. 2, 51 τὸ τυχεῖν. 97 τὸ λαλαγήσαι θελών. O. 9, 37 τὸ λοιδορήσαι θεοὺς ἐχθρὰ σοφία καὶ τὸ κενεῖσθαι παρὰ καιρὸν μανίαισιν ὑποκρέκει. O. 8, 59 τὸ διδάξασθαι εἰδοῦι ῥάτερον, ἄγνωμον δὲ τὸ μῆ προμαθεῖν. P. 1, 99 τὸ δὲ παθεῖν εἰ πρώϊον ἄθλων. P. 2, 56 τὸ πλονιεῖν σὺν ἰχθα πότιμου σοφίας ἄρισιον. N. 5, 18

τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον νοῆσαι. N. 8, 44 τὸ δ' αὐτίς τεὰν ψυχὰν κομίξαι οὐ μοι δυνατόν (cfr. Krüger II, 2, 50, 6, 3). Vides infinitivum ubique subjectum esse, excepto illo τὸ λαλαγήσαι θέλων. Quam ob rem in dubium vocat illius loci scripturam Erdmann l. c. p. 76. Dignus est qui conferatur locus Sophocleus Oed. Col. 442 τὸ δρᾶν οὐκ ἤθελσαν.

De Diis Pindari.

In omnibus Pindari carminibus animum agnosces deorum reverentia maxime imbutum, qui omnia numine sapientiaque deorum regi semper meminerit, qui omnia, quaecunque bona et felicia hominibus eveniunt, diis semper accepta retulerit. Quotiescunque de diis loquitur, pietatis ubique et religionis plenis utitur verbis. "Hominem, inquit, decet de diis honesta dicere, minor enim fit culpa" ¹⁾. Hoc est, arduum semper et periculosum est de diis aliquid enuntiare, facile enim in errorem incideris; at tamen, si quid omnino de iis est dicendum, pulchra et digna dicere præstat, minor enim sic erit culpa, si quid erraveris. Multa igitur præclare atque egregie dicta de potentia et sapientia deorum in carminibus ejus reperies. "Facile perficit deorum potestas rem, quam desperares et fieri non posse jures" ²⁾. "Deus quodcumque vult ad exitum perducit, deus, qui et pernicem aquilam est assecutus et maritimum antevertit delphinum et superbiorum aliquem fregit hominum, aliis vero decus dedit numquam senescens" ³⁾. "Deus ex atra nocte candidum excitare lumen potest et nigra caligine purum diei splendorem involvere" ⁴⁾. Maxime vero summa vis deorum elucet, si cum hominum infirmitate eam comparaveris. "Unum est hominum, unum deorum genus unaque ex matre spiramus utrique, sejungit tamen eos vis prorsus diversa, ut illi quidem nihil, his vero æneum coelum firma semper maneat

¹⁾ O. 1, 35.

²⁾ O. 13, 83.

³⁾ P. 2, 49.

⁴⁾ Fr. 142.

sedes" ¹⁾). Cumque aliquid molientes deos inducit, quam facile et sine negotio omnia perficiant, ostendere numquam omittit. Sic Apollo, cum rogo imposita cremaretur Coronis, infantem Æsculapium primo gradu ex matris cadavere eripuit, sua sponte flammis deo facientibus viam ²⁾). Et hæc quidem de potentia deorum. Nec minus splendidis verbis eorum sapientiam ornat. »Si quis insciis diis aliquid se facere posse sperat, fallitur» ³⁾). Et de Apolline: »mendacia ille non attingit, fallit eum nec deus nec mortalis factis vel consiliis» ⁴⁾). Et de eodem deo alio loco: »tu, qui omnium rerum justum finem nosti omnesque vias, quotque folia verno tempore summittat terra, quantaque in mari et fluminibus fluctibus ventorumque impetu volvatur arenæ vis, quidque futurum sit et unde, bene perspicias» ⁵⁾). Hujusmodi locis repugnare videbitur, quod in ultimo Isthmio carmine Jovem et Apollinem Themis futura docens inducitur, et quod in septimo Olympico, cum terras sortirentur dii, absentis Solis obliti esse dicuntur et alia ejusdem generis. Sed non nimis premenda sunt talia, quia in fabulis tractandis admodum libere versati sunt græci poetæ et de eadem re interdum aliis locis alia tradiderunt, partim veterem famam secuti, partim pro suo quisque consilio quædam mutant. Quid ipse senserit poeta, illa ostendunt, quæ in universum de vi

¹⁾ N. 6, 1. Dubitari potest, utrum intelligi debeat: *unum est hominum deorumque genus*, ut explicat Scholiasta, Bulle (De Pindari sapientia p. 9 adn.) aliique, an: *aliud est hominum, aliud deorum genus*, ut hunc locum interpretati sunt Boeckhius et Dissenius. Hic quod postulat, ut sibi opponatur certus locus, ubi repetitum *εἰς* alia quam disiungendi vi adhibitum sit, talem mihi locum invenisse videor in versu illo Orphico: *εἰς Ζεὺς, εἰς Ἀΐδης, εἰς Ἥλιος, εἰς Λιόνυσος*. (Vid. Lobeck. Aglaoph. I p. 460). De repetito vocabulo *εἰς*, ni fallor, ita statuendum est, ubi prædicativa, quam vocant, potestate ad diversa subjecta referatur, ea ejusdem generis esse significare, ubi vero repetita illa *εἰς* suum quidque spectent prædicatum, inesse iis disiungendi potestatem, velut Eur. Phoen. 1692 *ἐν ἡμαρ μ' ὄλβισ'*, *ἐν δ' ἀπώλεσεν*, et in Sosiphanis versu apud Stobæum p. 111 Grot. (a Klotzio ad illum Euripidis locum allato): *βροτοί, τί σεμνύνεσθε ταῖς ἰξουσίαις, ἃς ἐν τ' ἔδωκε φέγγος, ἐν δ' ἀφείλετο*.

²⁾ P. 3, 43.

³⁾ O. 1, 64.

⁴⁾ P. 3, 29.

⁵⁾ P. 9, 44.

et natura deorum pronuntiavit. Interdum tamen fieri non potuit, quin in mythis, quales ab antiquis poetis erant traditi, nonnulla ei displicerent ac refingenda viderentur. Sic totam fabulam de coctione Pelopis tamquam foedam et diis indignam improbat ¹⁾ et in illo de Coronide mytho, cum ab Hesiodo narratum esset corvum de infidelitate puellæ Delphos nuntium venisse, hanc narrationem prorsus spernit, quia deo sapientissimo corvi ministerio nihil opus fuisse intellexit ²⁾. Item O. 3, 16 quod Herculem narrat persuadendo ab Hyperboreis impetravisse, ut oleastrum sibi Olympiam apportandum concederent, eo fortasse spectare acute observavit Heimsoeth (N. Rhein. Mus. V, 6), ut antiquiorem aliquem poetam Pindarus tacite corrigat, qui Herculem oleastro illo vi potitum esse tradiderit. Etiam P: 3, 100, quod Thetis unicum filium peperisse dicitur, tacitam antiquæ fabulæ castigationem inesse suspicatur Boeckhius, cum vulgo plures filios peperisse eosque statim occidisse crederetur. Et ubi imprudens in fabula quadam narranda eo incidit, ut Herculem contra Neptunum Phoebum Orcum pugnassee diceret, ipse se revocat, ne talia loquatur, omnemque rixam et pugnam ab immortalibus segregandam pronuntiat ³⁾. Ex his vero et talibus locis si quis concludere velit Pindarum omnino popularium suorum de diis opiniones contempsisse et prorsus alius generis numina credidisse, nihil minus verum est ⁴⁾. Immo veneratur Pindarus civium suorum deos, tantumque abest, ut in carminibus ejus aliquid insit, quod communi græcorum religioni repugnet, ut etiam vel gravissimus auctor habendus sit, a quo quid de diis statuerint patriæ religioni vel maxime dediti optimi et sapientissimi ejus ætatis homines discamus. Quantaque apud æquales suos floruerit pietatis existimatione, ex honoribus poetæ a Delphico deo concessis possumus judicare ⁵⁾.

¹⁾ O. 1, 25 et squ. ²⁾ P. 3, 27. ³⁾ O. 9, 30 squ.

⁴⁾ Ejusmodi philosophos immaturum sapientiæ fructum carpere existimavit, ἀτελῆ σοφίας καρπὸν δρῆπειν fr. 209.

⁵⁾ Plut. D. S. N. V. 13.

Quamvis igitur præclara et sublimia multa de diis dixerit, numquam tamen eo processit, ut ab omni parte perfectum sine corpore deum cogitatione comprehenderet. Hominibus multo potentiores sapientiores pulchriores existimavit deos, neque tamen ira et libidinibus vacuos, neque a rebus sensibus subjectis sejunctos, neque unum summum deum credidit. Et si quid mutandum putavit, id potissimum spectavit, ut pulchritudinis et elegantiae ratio haberetur. Sic illam de coctione Pelopis fabulam respuit, quia deum humana carne vescentem sibi fingere foedum ei videbatur, in ea vero quam ipse proponit narratione pueri amoris obnoxium nobis exhibet deum itemque Jovem Ganymedis amore flagrante narrat. Etiam vulgaris illius de invidia deorum opinionis apud poetam nostrum reperiuntur vestigia, non ita quidem, ut deos hominibus invidere definite dicat, sed precatur, ne magnam hominum felicitatem invidis animis intueantur. »Eorum quæ Græcia habet decorum non exiguum nacti partem ne invidis divinitus missis utantur vicissitudinibus» ¹⁾. »Sine invidia, Juppiter pater, in omne tempus hæc verba accipias» ²⁾. »Brevi temporis spatio mortalium crescit felicitas eodemque modo humi procidit infesto (deorum) concussa consilio» ³⁾. »Immortalium ne me conturbet invidia» ⁴⁾. »Jovem oro de lætis rebus dissentientem Nemesin ne reddat» ⁵⁾. Sed hac etiam in re pium poetæ animum agnoscimus, qui acceptam a majoribus opinionem ita interpretatus est, ut deos nimiam hominum potentiam et felicitatem ideo pervertere statueret, ut modestiam et patientiam mortales discerent. Velut ubi Æsculapium Jovis fulmine ictum narravit, quod mortuum ad vitam resuscitaverat, »mortales, inquit, decet a diis sibi convenientia flagitare, reputantes qualis simus fortunæ» ⁶⁾. Et ubi singulis cum bonis bina mala hominibus deos tribuere dicit, sapientes solos id æquo animo ferre posse addit, cum bonis præcipue animum advertant ⁷⁾.

¹⁾ P. 10, 19.

²⁾ O. 13, 24.

³⁾ P. 8, 92.

⁴⁾ I. 7, 39.

⁵⁾ O. 8, 86.

⁶⁾ P. 3, 60.

⁷⁾ P. 3, 83.

Omnia autem pulcherrimi sunt et poetæ pietatem optime declarant illi loci, ubi omnia bona, non corporis solum et externa, sed etiam virtutem et ingenii vim deorum benevolentia hominibus tribui monet. »Juppiter, a te magnæ virtutes hominibus tribuuntur»¹⁾. »Lætus hominum exitus et exordium deo moderante procedit»²⁾. Et de Apolline: »tribuit citharam datque Musam, quibus vult»³⁾. Et de Gratiis: »a vobis læta et dulcia omnia hominibus eveniunt, si pulcher, si sapiens, si splendidus aliquis evadit»⁴⁾. »Umbra somnium est homo; cum vero divinitus datum venit lumen, fulgens adest splendor et suavis hominum vita»⁵⁾. Cumque omnia bona a diis hominibus tribui putaret, factum est etiam, ut quidquid doctrina et exercitatione adversante natura comparatum esset, valde contemneret. »Optimum est quidquid natura contigit, multi vero acquisitis disciplina virtutibus gloriam sibi parare conati sunt; quod autem non adjuvante deo factum est, præstat præterire silentio»⁶⁾. »Acuens vero eum, qui natura ad virtutem factus est, ad ingentem gloriam adipiscendam dei auxilio impuleris»⁷⁾. »Congenita gloria multum valet aliquis, qui vero disciplinæ nititur subsidiis, contemnendus vir, alias alia spirans, numquam certo incedit pede innumerabilesque virtutes irrita mente contrectat»⁸⁾.

His in universum expositis jam quid de singulis diis ceterisque rebus ad mythologiam pertinentibus a Pindaro traditum sit, videbimus. Ac de theogonia quidem non multa apud eum inveniuntur. Intelligere tamen possumus vulgares fabulas eum esse secutum, quas de origine deorum tradit Hesiodus. Sic Saturni filios deos appellat (P. 3, 94), Saturnum autem Coeli (P. 3, 4), Tellurem vero communem hominum deorumque matrem (N. 6, 1)⁹⁾. Et Telluris qui-

¹⁾ I. 3, 4. ²⁾ P. 10, 10. ³⁾ P. 5, 65. ⁴⁾ O. 14, 5.

⁵⁾ P. 8, 95. ⁶⁾ O. 9, 100. ⁷⁾ O. 11, 20. ⁸⁾ N. 3, 40.

⁹⁾ Alia hic latere credit Bulle, de Pindari sapientia p. 7 Etenim loco illo O. 1, 1 nisus Pindarum aquam omnium rerum originem existimasse putat cosmogoniamque amplexum esse Homeri, Il. 14, 201: *Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν*. Tunc igitur

dem in exponendis Cyrenensium antiquitatibus bis facit mentionem. Fuit enim Creusæ nymphæ mater Tellus, a qua et Peneo natus Hypseus, cujus filia Cyrena. Hujus autem ex Apolline filium Aristæum Horis et Telluri nutriendum tradidit Mercurius (P. 9, 60). Ludos quoque in honorem Telluris Cyrenis actos ex eodem carmine novimus (*ἐν βαθυκόλπου Γᾶς ἀέθλοις*, 102). Matris igitur officio hic Terram fungentem videmus et eo loco, quo præterea ejus fecit mentionem, matris cognomine eam appellat (*Γαῖα μήτηρ* O. 7, 38). Et illic quidem una cum Coelo nominatur. Horum liberi erant Titanes, quorum apud Pindarum nominantur Hyperion (O, 7, 89) et Thia (I. 5, 1), Solis parentes, et Coeus (fr. 88, 2) cujus filia Latona, Themis et Mnemosyna, Saturnus denique et Rhea. Inter Saturni filios etiam Chiro Centaurus numeratur (P. 3, 4). Thiam initio quinti carminis Isthmii invocat et auri splendorem, navium equorumque pulchritudinem, ludicroꝝumque certaminum victoris honorem ejus benevolentiae attribuit. Cum igitur pulchrarum rerum splendorem ad aspectum a Thiae potentia repetiverit, hujus deæ nomen eum a verbo *θεᾶσθαι* derivasse verisimile est. Quod vero aurum potissimum hic nominat, eam ob rem factum censet Dissenius, quod Chryse Thiae fuerit cognomen. Quæ conjectura adjecto illo *πολυώνυμε* confirmari videtur. In Ægina cultam fuisse hanc deam Dissenius opinatur.

Pugnæ illius, qua Titanas superavit Juppiter, aliud nullum apud poetam nostrum exstat vestigium, nisi quod a Jove solutos Titanas narrat (P. 4, 290. Solutos Titanas in scenam produxerat Æschylus, *Prom. sol.*), qua quidem re

communis deorum hominumque mater hic Tethys esset. Cum autem deos Saturni filios appellaverit, quem Rheæ conjugem dicit O. 2, 85, Saturnum vero Coeli filium, quocum Terram conjungit O. 7, 38, deorum matrem eum Terram habuisse apparet, nisi forte Coelum et Terram Oceani et Tethyos esse liberos contenderis. Cum vero eandem, quam dii, matrem habeant homines, eos quoque Terra oriundos existimavit. Hac in re non usus sum testimonio fragmenti illius, cujus initium est *Γᾶ δ' ἀνθρώπων ἀνέδωκε*, quoniam id Pindari esse non certum est, licet admodum sit verisimile.

ad placabilem Jovis animum significandum utitur. Eodem pertinet quod in beatorum insulis regnantem exhibet Saturnum (O. 2, 70). Promethei denique et Epimethei, Iapeti Titanis subolis, semel mentio injicitur, neque ita tamen ut illorum fabulam tangat, sed nominibus eorum utitur ad animum providentem aut sero cogitantem et obliviosum significandum (O. 7, 44 et P. 5, 27). Itaque hujus filiam dicit Excusationem (*πρόφασιν*). Frater illorum est Atlas, qui cum coelo luctari dicitur (P. 4, 290).

Vetere illa Titanomachia multo nobilior fuit pugna cum Gigantibus et Typhone. Hunc in antro quodam Ciliciæ natum, centum capitibus præditum, in Tartara dejecit Jovis fulmen, ubi ingenti porrectus spatio jacet, a Cumis in Campania usque ad Ætnam montem, ubi monstrum illud terribiles suos ignis torrentes evomit (vide præclaram illam Ætnæ eruptionis descriptionem P. I in.). Et si fides habenda Porphyrio est (de Abst. III p. 251 ed. Rhoer.), in carmine quodam prosodiaco Pindarus deos Typhonem fugientes bestiarum formas induisse tradiderat, quod sine dubio ad Ægyptiæ cujusdam fabulæ similitudinem est fictum (fr. 91).

Cum Gigantibus in campo Phlegræo dii pugnaverunt (N. 1, 67. I. 6, 33). Rex eorum Porphyrio nominatur, qui Apollinis sagittis est interfectus (P. 8, 16), Alcyonea vero, terribilem bellatorem (N. 4, 27), monti similem (I. 6, 33), occidit Hercules, quem in eam pugnam Telamo comes secutus est. Quæ pugna adversus Gigantas semper inter facinora Herculis vel maxime memorabilia numerabatur (N. 7, 90).

Cum Gigantibus animi quandam similitudinem habebant Aloidæ, Otus et Ephialtes, Iphimedia matre prognati, sed eximia pulchritudine excellabant. In Naxo insula mortui sunt (P. 4, 88), et cum in fragmento quodam (fr. 163) eos se mutua cæde interfecisse tradat, apparet Pindarum eam fabulam esse secutum, in qua Diana in cervam mutata inter duos fratres fugiebat, qui eam hastis transfigere cupientes, alter alterum interfecerunt (Schol. P. 4, 156).

De hominum origine nihil aliud Pindarus narrat, nisi quod Terram matrem eorum esse dicit (N. 6, 1). Pindari

vulgo habetur fragmentum lyrici cujusdam carminis, ubi multi *αὐτιόχθονες* enumerantur (Poet. lyr. ed. Bergk. 3, 1338), ut appareat ea de re alias apud alios Græciæ populos narrationes fuisse. Magna vero diluvie hominum genus deletum est, Deucalione et Pyrrha solis in Parnasso monte servatis. Unde cum in Locridem descendissent, lapidibus post tergum jactis sibi prolem pepererunt. Isto modo nati homines, *Λαοί* a voce *Λᾶς*, lapis, nominati (O. 9, 45). Fortasse istarum vocum similitudo toti illi fabulæ originem dedit (cfr. II. XXIV, 611, *λαοὺς δὲ λίθους ποίησε Κρονίων*).

Antequam ad singulos deos tractandos transeo, illud monendum videtur *θεοῦ* et *δαίμονος* vocabulis Pindarum sæpe uti ad vim quandam divinam significandam, cum certum aliquem deum nominare non possit. Illud tamen inter istas voces discrimen intercedit, quod *θεός* adhiberi potest, ubicunque de diis sermo est, *δαίμων* præcipue, cum de rebus agitur, ubi numen et providentia deorum appareat. Sic culpæ auctor nominatur Numen infestum (*δαίμων* *εἰτερος* P. 3, 34. cfr. N. 5, 16), nec non bona fortuna *δαίμονος* est donum (P. 8, 76. 10, 10, 12, 30. I. 6, 12). Hinc ad aliam venimus vocis *δαίμονος* significationem. Est enim idem ac genius Romanorum, medium quoddam inter deos et homines genus (*μεταξὺ θεοῦ τε καὶ θνητοῦ* Plat. Symp. 102 E). Iam Hesiodo noti illi sunt. Aureæ enim ætatis homines post mortem genios factos narrat, quibus hominum custodia sit demandata (O. et D. 120). Unumquemque hominem ejusmodi genium vitæ suæ comitem habere Plato tradidit (Phæd. 107 D. *ὁ ἐκάστον δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει*). Cujus opinionis etiam apud Pindarum vestigia quædam invenimus. Sic Jovem carorum sibi hominum genium moderari dicit (P. 5, 123) eumque precatur, ut Xenophontis genii cursum dirigat (O. 13, 28), omnemque Oligæthidarum fortunam a totius gentis genio pendere significat (*δαίμων γενέθλιος* O. 13, 105). Et se ipsum præsentem genium semper esse veneraturum spondet (P. 3, 109), id est, quodcunque fors tulerit, bono animo perlaturum esse. Alio alios homines genio uti dicit (I. 7, 43), id est diversa fruuntur fortuna. Vide-

mus igitur aliquot locis *δαίμονος* vocabulum ita poëtam usurpare, ut sit fere idem ac fortuna, ita tamen, ut illam fortunam in deorum quodam numine sitam esse indicet.

Ζεύς. Juppiter, Saturni et Rheæ filius (*Κρόνιε παῖ Ῥέας* O. 2, 12, *Κρόνον παῖς, Κρονίδας, Κρονίων*), summus deorum rex (*Θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας* O. 7, 34. *Ὀλύμπιος ἀγεμὼν* O. 9, 57. *ὑψιστος* N. 1, 60 et 11, 2), patronymico cognomine sæpissime appellatur. Summa, quæ cogitari potest, perfectio Jovis nomine significatur. »Juppiter fieri in animum ne induxeris» (I. 5, 14). Tonantis specie sæpissime poëtæ animo obversatur, curru volucris per aërem vectus (*ἐλατῆρ ὑπέριτε βροντᾶς* O. 4, 1), rubente dextra invictum fulmen coruscans (*πυρπάλαμον βέλος ὄρσικιύπου Διός, ἐν ἄπαντι κράτει αἰθῶνα κεραννὸν ἀραρόια* O. 11, 80; *ἐγχει- κέραννος, ἀργικέραννος, βαρύγδουπος, βαρυσφάραγος, αἰδο- λοβρόντας, ἐλασίβροντος, καρτεροβρόντας, φοινικοστερόπας, βαρνόπας σιεροπᾶν κεραννῶν τε πρύτανις*). Cumque in summo æthere Juppiter regnans cogitaretur, nubes quoque nutu atque voluntate ejus vel contrahi vel dispergi credebantur (*ὑψινεφής, ὄρσινεφής, οὐρανοῦ πολυνεφέλα κρέων* N. 3, 10). Hinc porro alti montes plerumque Jovi erant sacri, ante alios Olympus. Sic Jovi sacra Ætna nominatur (*Ζεὺς Αἰνναῖος* N. 1, 6), Typhoni superimposita, Atabyrius Rhodi insulæ (O. 7, 87), Lycæus Arcadiæ mons (*Ζεὺς Λύ- καιος* O. 9, 96). In Ægina etiam, in summo ejus insulæ monte, Jovis Hellenii ara erat exstructa (N. 5, 10). Inter alia loca Jovis cultu nobilia nominanda est Dodona, Jovi Dodonæo sacra, quem Pindarus carmine celebraverat (fr. 57). Ludi in honorem Jovis acti præter Olympia et Nemea, omnibus notissima, apud Pindarum nominantur Lycæa apud Parrhasiorum populum (O. 9, 96. 13, 103. N. 10, 47), ubi præmium fuit tripus aëneus (Schol. O. 7, 153), Olympia Athenis (N. 2, 24 *Διὸς ἀγών*) et Cyrenis (P. 9, 101) celebrata ¹⁾.

¹⁾ Pellanae quoque ludos Jovi dicatos actos esse memoriae prodit Scholiastes N. 10, 82, ubi præmium dabatur læna. Sed ad O. 7, 86

Cum vario modo vel in rerum natura vel in hominum vita vim et potestatem suam dii ostenderent, variis cognominibus sunt appellati, quibus vel hoc vel illud eorum munus significaretur. Ejusmodi Jovis cognomina apud Pindarum hæc inveniuntur: *Ζεὺς γενέθλιος*, qui cum inter cognatos fit pactio, testis invocatur (P. 4, 107). Eidem Alcimedon et Timosthenes fratres hic Nemæeam ille Olympicam victoriam acceptam referre dicuntur (O. 8, 16); *γενέθλιον* hic Jovem vocari eam ob causam Boeckhius existimat, quia Blepsiadarum gens, cujus illi fratres fuerunt, ab Æaco, Jovis filio, oriunda fuerit. Bergkiius legit *ὔμμε δ' ἐκλάρωσεν πότιμος*

Ζηνὶ γενέθλιος

itaque etiam scholiastarum alter legisse videtur. Juppiter illos sortitus dicitur, quia e ludis ei dicatis victorias reportaverunt. *Ζεὺς ἰέλειος*, quem in precationibus invocat poëta (O. 13, 115. P. 1, 67). *Ζεὺς ξείνιος*, *ξένιος*, Juppiter hospitalis, cujus iram veritus Peleus hospitis sui Acasti uxorem Hippolytam, ad amorem eum pellicere conantem, repudiavit (N. 5, 33); Jovi hospitali assidere dicitur Themis in Ægina insula, hospitalitatis laude conspicua, culta (O. 8, 21. N. 11, 9). *Ζεὺς Ἐλευθέριος*, cujus filia Fortuna servatrix (*Σώτειρα Τύχη* O. 12, 1) invocatur, ut Himeram urbem tueatur a Thrasydæo tyranno paulo ante liberatam. *Ζεὺς Σωτήρ* pro urbis et victoris salute invocatur (O. 5, 17); Jovis servatoris propria erat tertia libatio, cum prima Jovis Olympii, secunda Heroum vocabatur (Schol. I. 6, 10). *Ζεὺς ὑψιστος* Thebis templum habuit, ut apud Pausaniam legimus 9, 8, 2. Quam ob rem hujus vates Tiresias vocatur N. 1, 60. Idem Corinthi cultus, ut ex eodem Pausania (2, 2, 7), constat, quo spectant sine dubio verba *ἕπατ' εὐρὸν ἀνάσσω* O. 13, 23.

A Jove carmina sua sæpissime incipiebant rhapsodi (N. 2, 1). Item Musæ in Pelio monte Pelei nuptias carmine celebrantes (N. 5, 25).

et 9, 98, ubi ejusdem lænæ mentio fit, nonnisi de Theoxeniis Apollini actis et de Hermæis loquuntur Scholia.

Juppiter omnium rerum est gubernator, qui hominum fata moderatur (N. 4, 61 τὸ μόρσιμον Διόθεν πεπωμένον), qui bona et adversa, utcunque vult, iis tribuit (I. 5, 52 Ζεὺς τὰ τε καὶ τὰ νέμει, Ζεὺς ὁ πάντων κύριος). Cum igitur futura omnia ex eo pendeant, summus vaticinationis fons est. Ejus vates appellatur Tiresias, omnium Græciæ vatum nobilissimus (N. 1, 60 Διὸς ὑψίστου προφάτιας), et Olympiæ ad Jovis aram oracula dabant Iamidæ, incensis hostiis futuri signa quærentes (O. 8, 3. 6, 5, 70). Item vel fulmine et tonitru (P. 4, 34 et 198), vel aquila (I. 6, 50), vel alio modo, ut draconibus missis (O. 8, 37), ipse futuras res prænuntiat.

Proserpinæ Siciliam Juppiter donum dedisse dicitur (N. 1, 14. εἰς τὰ ἀνακαλυπτήρια secundum Schol. cum Plutoni nuberet). Aliam fabulam secutus O. 7, 64 deos sortitione terras inter se divisisse tradiderat.

Ἥρα. Juno, regina deorum (Θεῶν βασίλισσα N. 1, 39), regii Jovis solii socia (ὁμόθρονος N. 11, 2), Jovis conjux (Διὸς ἄκοιτις P. 2, 34. τὴν Διὸς εὐναὶ λάχον πολυγαθῆς 27). Stympthali in Arcadia tria erant Junonis fana et nomina. Nam et virgo Juno, παῖς appellata, quam παρθενίαν poëta vocat, ibi colebatur (O. 6, 88), et matrona, τελεία, et χήρα id est vidua (Paus. 8, 22, 2). Et τελεία quidem non ad eum solum cultum pertinebat, sed vulgare erat Junonis cognomen (N. 10, 18) ut castæ et venerandæ Jovis conjugis, quam appetere summæ erat insaniam, cujus rei egregium exemplum Ixion commemoratur (χρῆ δὲ κατ' αὐτὸν αἰεὶ παντὸς ὄραϊν μέτρον P. 2, 34). Matrimoniorum Juno est præses, quam ob rem Ilithyiam dicitur peperisse (N. 7, 2 παῖ μεγαλοσθενέος Ἥρας). Herculi, id quod omnibus notissimum, semper fuit infensa, quem recens natum ut interficeret, duos serpentes misit, quos tamen ille in cunabulis jacens superavit (N. 1, 38).

Inter loca Iunoni sacra clarissimum semper erat Argos (Ἄργος Ἥρας δῶμα Θεοπεπές N. 10, 2). Splendidis sacrificiis et ludicris certaminibus, Hecatombæis nominatis, ibi celebrabatur, in quibus aëneus clipeus et corona myrtea

victori præmium dabantur (*ἀγών τοι χάλκεις δᾶμον ὀϊζύνει ποῖ βουθυσίαν Ἥρας ἀέθλων τε κρίσιν* N. 10, 23. *Ὁ ἐν Ἀργεὶ χαλκός* O. 7, 83). In Ægina præterea Heræa acta commemorantur (P. 8, 79), sine dubio Argis traducta.

Ἄφραισιος. De hoc deo non multa apud Pindarum inveniuntur. In partu Minervæ Jovis caput securi aperuisse dicitur (O. 7, 35). Junonem matrem in sella quadam artificiosa eum vinxisse carmine quodam deperdito Pindarus narraverat, neque eam deorum quemquam solvere potuisse nisi ipsum doli fabricatorem, quem tamen ut in Olympum rediret nullo modo commoveri potuisse, donec eum vino ebrium factum Bacchus secum adduceret multo cum risu et hilaritate spectantium deorum (fr. 283). Vide de tota illa fabula Prelleri Mythol. I. 143 et Welckeri Mythol. II, 687. Preller, qui per Iunonem aërem significari opinatur, fabulæ sensum eum esse existimat, æstatis tempore æstu atque ardore coeli aërem quasi vinctum esse, ut nulla sese aura commoveat, ut nos dicimus, donec verno tempore Dionyso redeunte commoveri aër incipiat et Junonis vincla solvantur. Sed vix consentaneum videtur aërem æstivo calore religatum vere demum solvi, quod multo rectius autumnii tempore fieri diceretur. Quam ob rem mihi multo probabilior videtur Welckeri sententia fabulam ita interpretantis, ut Juno terra sit, quæ hieme quasi vinculis teneatur neque a quoquam nisi Vulcano solvi possit, quem in terras revertens Bacchus secum adducat. Hoc quoque inter argumenta duxerim, quibus Welckeri de Junonis vi atque natura sententia confirmatur.

Vulcanus Peleo ensem dedit, quam rem Pindarus N. 4, 59 tangit, ubi illum ensem *Δαιδάλον μάχαιραν* vocat. Qui Dædalus nemo nisi Vulcanus esse potest, nam Hesiodus, quem Pindarus in primis coluit atque in fabulis secutus est, Vulcani opus illum ensem fuisse tradiderat: *μάχαιραν*

Καλήν, ἣν οἱ ἔτευξε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις (Schol. N. 4, 45). Didymus, cui dubium videbatur hoc Vulcani cognomen, *ἰᾶ δαιδάλω μαχαίρα* scripsit, quem secuti sunt Boeckhius et Dissenius. Cum autem in vaseculo quodam picto (Millin, Galer. mythol. 13, 48) hic deus Dædalus appelletur,

itemque clava Herculis ab Euripide (Herc. fur. 469) vocetur *Λαιδάλου ψευδῆς δόσις*, quam clavam Diodorus 4, 14 Vulcani donum fuisse testatur, Bergkius veterem scripturam hic retinendam existimavit.

Vulcani nomine præterea ad ignem significandum Pindarus utitur (P. 1, 25 et 3, 40)¹⁾.

Ἄθάνα, *Ἄθαναία*. *Παλλάς*, quod apud Homerum et Hesiodum numquam nisi cum *Ἄθήνη* conjunctum usurpatur, ut appellativi vim habere videatur (a verbo *πάλλειν*, vibrare; conferri possunt vetera illa Palladia, quibus hastam vibrans Minerva erat efficta)²⁾, apud Pindarum jam solum positum invenitur (O. 2, 26. 5, 10 et sæpius). Ortum virginis O. 7, 55 squ. poeta describit. Securi Vulcanus Jovis verticem findit, unde prosiliens ingentem tollit clamorem Minerva, quam perhorruerunt Coelum et Terra. Summo coeli vertice cum ingenti fragore prosiliens fulmen huic fabulæ originem dedisse videtur. Cui opinioni convenire videtur et Palladis nomen et simulacra illa vetera, quibus hastam vibrans exhibebatur et nummi, ubi fulmen jaciens conspicitur (vid. Preller. I, 157). Proprie enim ætheris est dea, unde omnis coelestis splendor ad eam refertur. Ex quo intelligitur, quomodo et cum Pandroso et Hersa, id est geniis, qui rori præsent, conjungi potuerit, et quomodo sub Hellotidis nomine lunam significaverit. Epitheta, quæ ei Pindarus dat, hæc sunt: *κταναιγίς παρθένος, κόρυς, Ζηνὸς ἐγχεικεραύνου παῖς, κόρυς γλανκῶπις, ξανθὰ Γλανκῶπις, θρασεῖ Ἄθάνα*. Jovis dextræ a fulmine proxima dicitur assidere (fr. 146³⁾),

Fortem et bellicosam fortesque heroes amantem atque adjuvantem Minervam ex Homero novimus. Eodem modo

¹⁾ Vulcanum sicut Erichthonium Terra natum esse dicit fragm. 253 Bergk.; in antiquioribus autem editionibus Vulcanum ex Terra Erichthonium peperisse legitur (fr. inc. 37 Boeckh.).

²⁾ Alii *παλλάς* idem esse quod *παρθένος* contendunt, comparato *πάλλαξ*, *παλλακίς*. Ita C. O. Müller in opusculis germanice scriptis II p. 134.

³⁾ Apud Homerum quoque Minerva Jovi proxima sedet venientique Thetidi sedem relinquit (Il. 24, 100).

apud Pindarum Perseus ductu Minervæ ad Hyperboreos venisse narratur (P. 10, 45). Bellerophontes vero freno ab ea dato Pegasus equum captum domuit, propter quod beneficium *Χαλινῦις* sive *Ἰππία* Pallas apud Corinthios culta est (O. 13, 82)¹⁾. Diomedi porro immortalitatem dicitur tribuisse (N. 10, 7). Pacis quoque operibus favet Minerva et multarum urbium est custos. Sic Camarinæ Pallas *πολιάοχος* colebatur (O. 5, 10), id est Polias, qui cultus cum primis colonis Gelam, Camarinæ parentem urbem, e Rhodo traductus est, ubi Minerva Polias apud Lindios in summo honore erat. Multa quoque inventa Minervæ dona esse dicuntur. Sic tibias fecit, ut de Medusæ interitu querentes sorores imitaretur, eoque modo inventum nomum polycephalum hominibus concessit (P. 12, 22). Rhodii primi sacrificiis, et iis quidem sine igne peractis, deam honoraverant, qua re gavisus Juppiter plurimo auro in terram eorum ut plueret fecit, Minerva vero iis artificiosam tribuit industriam, ut mortales omnes fabrili sollertia superarent (O. 7, 50). De freno jam supra est dictum. Ludi Palladi dicati nominantur Panathenæa (N. 10, 34), ubi oleum in vasis fictilibus victoribus præmium datum; Cyrenis Palladis *τελειαί* memorantur (P. 9, 97). Hellotia porro Corinthi acta huc pertinent (O. 13, 40). *Ἐλλωτίς* enim Minervæ est cognomen ut lunæ lucisque deæ (v. Preller I, 160 et Welcker I, 307). In his ludis lampadibus decurrebatur. Eandem deam Marathone cultam esse scholia narrant et Hellotidis nomen a vocabulo *ἔλος* derivant, quia apud Marathona palus fuerit. Quod etsi sine dubio perperam faciunt, tamen Hellotin ibi cultam fuisse negare non licet. Hinc fortasse accidit, ut ad P. 8, 79, ubi ludi Marathonii commemorantur, Panathenæa ibi intelligenda esse scholia contendunt, cum aliis locis (O. 13, 19 et O. 9, 95) Heraclea poetam respicere dicant, quod etiam de hoc loco P. 8, 79 valere verisimile est. Tegeatas denique *Ἀλεαῖα* Minervæ Aleæ sacra habuisse memoriæ

¹⁾ Hoc loco Minervam a Pindaro Posidoniam vocatam esse perperam scribit Welcker (Mythol. II. p. 291).

prodit Pausanias 8, 47, 3, quos ludos N. 10, 47 Dissenius intelligendos suspicatur.

Ἀπόλλων, Φοῖβος, Jovis et Latonæ filius (*παῖς ὁ Λατοῦς, Λατοῖδας*). Fabulam de ortu Apollinis carmine prosodiaco Deliiis scripto Pindarus tractavit. Fluctibus maris antea circumvectam Delon, simulatque in eam escendit Latona (*Ἄ Κοιογενής*), columnæ quatuor ex imo fundo nascentes stabilem insulam reddiderunt, ubi deinde præclaram illam prolem peperit. Hinc Delos divinitus fundata dicitur (*Θεόδωμος*, fr. 87 et 88. O. 6, 59). In fragmento 286 Tegyræ in Boeotia Apollinem natum tradidisse videtur, si vera est Mülleri correctio, *ἐκ Τεγύρας* pro *ἐκ Τανάγρας* scribentis. Locæ cultu Apollinis clara præter Delon maxime memorabilia sunt Delphi et Lycia (*Λύκιε καὶ Λάλου ἀνάσσων Φοῖβε, Παρνάσου τε κρανὸν Κασταλίαν φιλέων* P. 1, 39).

Solis proprie est deus Apollo. Huc Phoebi nomen pertinet. Hinc etiam arcitenens deus fingitur. Solis enim radii ad sagittarum imaginem duxerunt cogitationem (*τοξοφόρος Λάλου σκοπός, χρυσότοξος, ἐρύφαρξίρας, ἑκαταβόλος*). Istis suis sagittis pestifera monstra interficere credebatur, ut Pythonem, quo occiso Delphis vi potitus est, quam ob rem irata Terra eum in Tartara dejicere volebat (fr. 55). Porphyriionem quoque, regem Gigantum, sagittis Apollinis necatum poeta narrat (P. 8, 18). Quibus vero favens et propitius est, gravium morborum medicinam affert salutifer deus (P. 5, 63; *Παιάν* P. 4, 270. *ἀλεξιμβροτος* de pompa Apollinea P. 5, 90). Ad solis deum Apollinem referenda est etiam fabula illa de migrationibus dei ad Hyperboreos. Cum enim hiberno tempore solis vis quasi exstincta esset, orta est narratio deum ad populum quendam sibi dilectum profectum esse (cfr. *οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλλωνος τυχόντος* P. 4, 5). Fuit hic Hyperboreorum populus, ad Istri fontes habitans, summa felicitate et omnium rerum abundantia fruens, cultui Apollinis semper deditus (O. 3, 14. P. 10, 30 squ.).

E variis quæ fuerunt Apollinei cultus formis primum apud Pindarum observanda est Carnei Apollinis mentio.

Cujus cultus cum Ægidarum gente Thebis Spartam venerat, deinde Theram insulam traductus postremo Cyrenas delatus est (P. 5, 75 et squ.). Omnino summo studio Apollo Cyrenis cultus, utpote qui Theræorum coloniam Cyrenas duxisset (*ἀρχαγέτας* P. 5, 60), quique ex Cyrena Aristæum, Cyrenis item in summo honore habitum, procreavisset. Pompa quoque Apollinea (P. 5, 90) et fons Apollinis (P. 4, 294) ibi commemorantur. Æginæ vero cultus viguit Delphinii Apollinis (P. 8, 61) et Delphinia, quæ Hydrophoria eadem appellabantur, mense Delphinio ibi agebantur (Schol. N. 5, 81). Hoc nomine maritima dei potestas significabatur. Fortasse etiam sic appellabatur Apollo ut coloniarum trans mare ductor (vide verba Pythæneti a Schol. N. 5, 81 allata: *Ἔννοσι Αἰγινῆται Ἀπόλλωνι οἰκιστῆ καὶ δωματίῃ*. Conferri potest fabula, qua in delphinum mutatus Apollo Cretensium coloniam Crisam deduxisse narratur (Preller I, 207). Commemoratur etiam in Ægina Apollinis Pythii Thearion, id est publicum ædificium cum Pythii Apollinis templo conjunctum, in quo degebant Theari, collegium quoddam virorum res sacras administrantium (N. 3, 70 et Schol. ad eum locum). Isménius Apollo in templo prope Thebas colebatur, ubi aureos tripodas dicere solebant *Θηβαγενεῖς* i. e. Cadmeis gentibus oriundi (Boeckh. expl. p. 573. P. 11, in.). Eidem deo Daphnephoria celebrabantur, quæ in Thessalia eadem in usu fuerunt, ut hinc illuc cum Boeotis traducta esse videantur. Huic cultui originem debebant daphnephorica carmina, quorum collectionem altero Partheniorum libro comprehensam fuisse Boeckhius opinatur (Expl. p. 590). Sicyone Pythii ludi celebrabantur (N. 9 passim), ubi præter coronas præmia victoribus dabantur phialæ argenteæ (N. 9, 51. N. 10, 43). Quos ludos ab Adrasto auctore Pindarus repetit, re vera autem Boeckhius a Clisthene post bellum Cirrhæum hæc Pythia in locum priscorum ludorum substituta esse censet. Pellanenses ludos O. 7, 86. 9, 104. 13, 109 commemoratos Theoxenia Apollini dicata fuisse Scholios docent. Præmia ibi lænæ dabantur, quarum fabricatione urbs illa erat insignis.

Cum Apollo lucis et serenitatis deus sit, in hominum quoque animis vim suam ita ostendit, ut a bellis et factio- nibus ad pacem et tranquillitatem eos traducat (P. 5, 66), quod musicis suis artibus maxime efficit. Etenim illæ dei beneficio semper hominibus contigerunt. »Dat citharam tri- buitque Musam, quibus vult» (P. 5, 65). Ipse autem mu- sicæ artis summus est moderator et in Olympo cithara sua cantum Musarum ita regit, ut omnium deorum animos summa voluptate permulceat (vid. initium primi Pythii carminis). Item in Pelei nuptiis Apollo medio in Musarum choro stans cithara cantum earum moderatur (N. 5, 22). In carmine quodam deperdito (fr. 56) deum cynis in Heliconæ advec- tum poëta cecinerat, ut Musarum Gratiarumque saltationi interesset, quod a Sapphone eum sumpsisse verisimile est. *Φόρμιγξ* semper est instrumentum Apollinis apud Pindarum. Huc spectare existimatur *χρυσάωρ* cognomen (P. 5, 104)¹). Clarorum quoque poëtarum Apollo sæpe est pater, ut Or- pheï (P. 4, 176). Unde etiam repetendum videtur, quod Cinyram, priscum Cypriorum regem, valde dilexisse dicitur (P. 2, 16). Musicæ enim studiosissimus fuit Cinyras, cujus ipsum nomen a semitico vocabulo "kinnor" haud dubie est derivandum, quod musicum fuit instrumentum in cultu Ve- neris, Cyprum e Phoenicia traducto, maxime frequentato. *Ὀρχησιῆς* porro in fragmento 148 deus vocatur.

Alia ars, qua hominum animos Apollo commovet, est vaticinatio, quam aut ipse exercet, aut hominibus tradit factitandam. Sic Iamo filio suo duo vaticinandi genera tri- buit, ut et vocem veridicam audiret, id est, sola inspiratione divina futura prævideret, et in ara Jovis ex incensis hostiis oracula edere posset. Omnium autem clarissimum fuit Del- phicum oraculum, ubi Pythiæ voce (*μελίττας Δελφίδος* P. 4, 60) responsa dabat (O. 6, 37. 7, 32. P. 3, 27). Incendio deletum templum magnifice extruxerunt Alcæonidæ Athe- nienses (P. 7, 10). De Pythiis certaminibus nobilissimis

¹) *Χρυσάωρ*, ut explicat Schol. Ven. ad Iliad. 15, 256 a Boeckhio ad fr. 187 citatus, significat *τὸν χρυσοῦν ἀοριτῆρα τῆς φαρείτρας ἔχοντα ἢ τῆς κιδάρας* ob eamque rem Orphea *χρυσάωρα* Pindarus appellavit.

nihil est, quod addam. Aliud Thebis commemoratur Apollinis oraculum, Ismenium (P. 11, 5), de quo supra dictum. *Ἀοξίας* Apollinis ut oraculorum dei fuit cognomen (P. 3, 28. 11, 5). Ut ceteros deos hospitio excipere credebatur Apollo Delphicus, quod festum Theoxenia vocabant (qua de re vid. Boeckh. ad O. 9, 102), sic heroibus etiam instituta erant *ξένια*, quibus deus illos invitare putabatur. Agebatur tum pompa multarum victimarum et manibus heroum libationes fiebant, in quibus præter ceteros Neoptolemus honorabatur, quam ob rem eum pompis illis esse præpositum poëta dicit (N. 7, 47). Num etiam ludos illis solemnibus editos esse existimandum sit, inde pendet, quomodo vs. 49 interpreteris. Boeckh. vertit: non mendax ille (sc. Neoptolemus) testis certaminibus præest; Rauchenstein: non mendax testis (sc. Apollo) rebus præest.

Pulchra dei cæsaries variis epithetis describitur: *χαϊτάεις, χρυσοκόμας, χρυσοχαίτα, ἀκροσεκόμας*.

Ἀρισταῖος. Ab Apolline ad filium ejus Aristæum transeamus, quem ex Cyrena procreavit. Est Aristæus dei cujusdam vetus cognomen, cujus generis sunt *ἐκάεργος, γλαυκῶπις* aliaque, quod deinde in proprii nominis usum transiit. Qui deus haud dubie Sol fuit, ut colligere licet ex iis, quæ Georg. I, 14 narrat Vergilius, in Cea insula trecentorum juvenorum gregem ei sacrum fuisse. Agreus et Nomius, ut e Pindaro Aristæum a Cyrenæis appellatum videmus, et Apollinis et Panis eadem fuerunt cognomina (Welck. Mythol. I, 486. II, 374, 661, 662), utpote qui venationi pecorumque culturæ præessent, omninoque haud facile est dijudicare, utrius illorum Aristæus maxime similis sit. Locus, ubi Aristæi mentionem Pindarus facit, est P. 9, 60 squ. Qui ibi loquitur Chiro Centaurus Apollini prædicit, fore ut e Cyrena nympa filium gignat, quem Mercurius Horis et Telluri educandum traditurus sit. Quas receptum infantem nectare ambrosiaque nutrituras esse. Pergit deinde, ut in libris legitur: "facient illæ eum immortalem Jovem et sanctum Apollinem, Agreum et Nomium, ab aliis vero Aristæum vocandum." Quæ jure, ut mihi videtur, in dubium vocavit Berg-

kius. Vix enim credibile est Pindarum Chironem fecisse Apollini vaticinantem filium ejus Jovem et Apollinem futurum esse. Perquam ingeniose ille scribendum conjecit: *Θέσσονταιί τέ μιν ἀθάνατον κτλ.* vel *Θέσσονταιί τ' ἔμην ἀθάνατον.* Orabant Horæ Jovem et Apollinem, ut puer ille immortalis fiat. In alio quodam carmine (fr. 251), si Servio credendum, Aristæum ex Cea insula in Arcadiam migrasse Pindarus narravit.

Ἄρτεμις soror Apollinis et plerumque una cum eo culta. Sic Latona mater et duo liberi Delphorum domini vocantur (N. 9, 5), Pythiæque victoriæ communi Latonigenarum favori deberi dicuntur (N. 6, 37). In Ægina item una cum Apollinis Dianæ cultus commemoratur (P. 8, 66). Ad Hyperboreos quoque æque ac frater proficiscitur, ubi hospitio Herculem, qui cervam illam cornutam persequens eo pervenerat, dicitur excepisse (O. 3, 26). In Ortygia insula nata credebatur, quæ vulgo eadem atque Delos existimabatur, sed aliæ etiam multæ erant Ortygiæ, in quibus insula illa Syracusana, quam Deli sororem et cubile Dianæ poeta appellat N. 1, in. Deli soror Ortygia vocatur, utpote eundem in modum hujus deæ cultu insignis. *Ποταμία* sive *Ἄλφειά* cognominata Diana ibi colebatur (Schol. ad eum locum), quod cognomen inde nacta videtur, quod fluvios et humida loca lunæ dea amare credebatur. Ejusdem deæ cultus cum etiam in Elide vigeret, ubi apud Letrinæos *Ἄλφειαία* vocabatur (Paus. 6, 22, 5), inde verisimile ortam esse fabulam illam de Alpheo sub mare ex Elide in Ortygiam fluente, quæ eam ob causam Alpei sacra requies dicitur (N. 1, 1).

Ut Apollo sic Diana quoque sagittis suis mortem mittere credebatur. Tityum, qui matrem ejus tentaverat, interfecit (P. 4, 90) et a fratre missa infidam Coronidem et cum illa multos peste interemit (P. 3, 33). *Ἴπποσόα* (O. 3, 26) et *Θοᾶν ἵππων ἐλάτεια* (fr. 89) vocatur. Cfr. *χρυσήνιος* apud Homerum. Quæ epitheta verisimile est, cum primum Dianæ tribuerentur, eo spectasse, quod curru per aërem ut lunæ dea vehi credebatur. *Ἄφαια* ab Æginetis vocabatur, cui carmen composuerat Pindarus, quo fr. 89 modo citatum

referendum esse Bocckhius censet; quam deam eandem esse atque Cretensium Dictynnā vel Britomartin Pausanias existimat (2, 30, 3). Ὀρθωσίας fit mentio O. 3, 30. Eo nomine Spartæ Diana colebatur; vide Paus. 3, 16, 11, qui rationem quoque nominis refert: *καλοῦσι δὲ οὐκ Ὀρθίαν μόνον ἀλλὰ καὶ Λυγοδέσμαν τὴν αὐτήν, ὅτι ἐν Θάμνω λύγων εὐρέθη, περιειληθεῖσα δὲ ἡ λύγος ἐποίησε τὸ ἄγαλμα ὀρθόν.*

Ἄρης. Mars Veneris conjux dicitur (P. 4, 87) et his ornatur epithetis: *χαλκάρματος, χάλκεος, χάλκασπις, κελαινεγχής, βαθυπόλεμος, βιατής, οὐλιος.* Ἐννάλιος idem vocatur O. 13, 106 et N. 9, 37. Sævus Martis animus suavi Apollinis et Musarum cantu consopitur (P. 1, 10). In urbibus belli artibus deditis Mars florere dicitur (O. 13, 23). Syracusæ Martis templum vocantur (P. 2, 2), quia tunc temporis bellum contra Theronem ibi parabatur. Marti similes habere manus ingentes significat vires (I. 8, 41). Martis nomen sæpe pro bello vel cæde ponitur (O. 9, 76. P. 5, 85. I. 5, 48. P. 11, 36).

Ἀφροδίτα. In amatoriiis rebus, ut par est, sæpe Veneris mentio fit. Sic amoris gaudia Cypriæ dona dicuntur (*φίλια δῶρα Κυπρίας* O. 1, 75. N. 8, 7), et flores Veneris (*τὰ τέρπν' ἄνθε' Ἀφροδίσια* N. 7, 53). Ipsum Veneris nomen pro voluptate, quam dat illa, ponitur (O. 6, 35). Juventutis et pulchritudinis flos a Venere datur (O. 11, 105. N. 8, 1). In Veneris arvo versari dicitur carmen amatorii argumenti (P. 6, 1). Insanum Medæ amorem incantationibus, adhibita etiam iynge, fabulosa illa avi, Iasonem excitare docuit (P. 4, 214).

Apollinem et Cyrenam in Libyam devectoros excepit Venus et puro castoque eos conjunxit matrimonio (P. 9, 9). In qua narratione ideo Veneris fit mentio, quod Cyrenis in magno habebatur honore, quæ propter locorum amoenitatem Veneris hortus vocantur (P. 5, 23). In Cypro tamen maxime floruit et antiquissimus erat deæ cultus, e Phoenicia illuc delatus. Huc cognomina illa *Κυπρία, Κυπρογενής, Κυπρογένεια* spectant. Ibi Cinyras templi ejus sacerdos

fuisse narratur (P. 2, 17), de quo jam supra dictum. Corinthus quoque Veneris cultu nobilis fuit, cui recepto more Xenophon victoriam Olympicam nactus voti damnatus centum puellas offerebat, quæ publicæ ejus deæ servæ essent (fr. 122). Veneris epitheta hæc sunt: *γλυκεῖα, ἐλικῶπις, ἀργυρόπεζα, εὐθρονος, πότνια ὄξυτάτων βελέων* (P. 4, 213), *μάιηρ ἐρώτων οὐρανία* fr. 122.

Ἑρμᾶς. Mercurius præcipue apud Pindarum ut ludicrorum certaminum rector victoriæque dator commemoratur (*ἐναγώνιος* P. 2, 10. *ἀγώνιος* I. 1, 61. O. 6, 79). Hoc in ministerio collegas habuit Tyndaridas et Herculem (N. 10, 53). Cum deorum minister et nuntius Mercurius sit, *Ἀγγελία* filia ejus est (O. 8, 81). Hoc officio eum fungentem videmus, cum Aristæum infantem Horis et Telluri educandum tradit (P. 9, 59), quamquam nutrientem quoque illam vim, propter quam *κουροτρόφος* vocabatur, fortasse illa fabula spectat. Aurea ejus virga commemoratur P. 4, 178 (*χρυσόραπις*). In Cyllene, Arcadiæ monte, natum esse Mercurium constat ibique cultus ejus nobilissimus fuit, de quo O. 6, 75 legimus. Signum Mercurii Forensis (*Ἑρμῆς ἀγοραῖος*) et Apollinis Pindarum Thebis vovisse testis est Pausanias 9, 17, 2. Hermæa, ludi Mercurio sacri, Pellanæ celebrabantur (Schol. O. 9, 146 et 7, 156).

Ἑστία. Vesta, Rheæ filia, Jovis et Junonis soror. Hanc deam poëta precatur, ut Aristagoram, prytanis apud Tenedios magistratum ineuntem, cum sodalibus ejus benevole accipiat (N. 11 in.), quippe qui illam, primam inter deos, libationibus cæsisque hostiis honorent. Primam eam honorari propterea dicit, quod in libando a Vesta initium fiebat (*ἀφ' Ἑστίας ἀρχεσθαι* Hesych.). Erat sine dubio in prytaneo Tenediorum Vestæ statua, scipionem manu tenens, ibique exterorum legati hospitio excepti esse videntur.

Ἄλιος, Ἀέλιος, Hyperionis et Thiæ filius (I. 5, 1. O. 7, 39). Solis cultus in Rhodo insula maxime floruit. Cum enim orbem terrarum inter se sortirentur dii, Solis absentis obliti sunt. Qui cum eos erroris admonisset, novam sortitionem Juppiter facere erat paratus, sed ea non opus esse Sol

ostendit; terram enim sese vidisse ex imo mari crescentem. Hanc igitur simulatque in lucem emersisset, ut sibi propriam darent, poposcit. Fuit hæc insula Rhodus, ubi septem Solis filii posterique eorum regnasse et urbes condidisse putabantur. Curru equis ignem spirantibus juncto vehi Sol dicitur. De his omnibus vide O. 7, 54—76. Ex amantibus viri Solem invocant, feminæ Lunam (fr. 104).

Σελάννα et *Μήνα*. Hæc O. 3, 20, illa O. 11, 75 nominatur. *Ἄως* ut Memnonis mater commemoratur O. 2, 83. N. 6, 52. *Ἐωσφόρος*, Lucifer, inter sidera admirabilis prædicatur I. 4, 24¹). *Ἵαρίων*. Pleionæ cum filiabus in Boeotia obviam factus Orion, amore correptus eas assequi conatus est. Quarum fugæ per quinque annos continuatæ ita finem fecit Juppiter, ut et Pliadas et Orionem in stellas mutatos in coelo collocaret. Hanc fabulam dithyrambo quodam Pindarus tractaverat (fr. 74, cfr. N. 2, 12). Eodem fortasse dithyrambo narravit, quomodo in Chio insula natus sit (fr. 73. Hygin. poet. astron. II, 34) et quomodo vino ebrius Oenopionis uxori vim intulerit (fr. 72). Orionis nomine ad prævalidam naturam significandam utitur (I. 4, 49). E Pliadibus una fuit Taygeta illa, quæ O. 3, 29 nominatur. Ventorum rex est Boreas (P. 4, 181). Zephyri fit mentio N. 7, 29 (*εὐθύπνοος*).

Θέμις. Themis ab Oceani fontibus ad magnum Olympum Parcæ duxerunt, ut Jovis *Σωτήρος* prima esset conjux (fr. 30). Ipsa quoque *Σώτειρα* vocatur et Jovi hospitali assidere dicitur (O. 8, 20. N. 11, 8). Themis id significat, quod fas est et divina lege constitutum. *Εὐβουλος* propterea vocatur et futuri est conscia, quod etiam diis prædicere solet interdum (I. 8, 34). Propter Themidis cultum prædicantur Tenedii (N. 11, 8) et Æginetæ (O. 8, 20), hi quia æquum et promptum jus in mercatoriis litibus reddebant. Bene ordinatam rempublicam sortita esse dicitur Themis et filia ejus Eunomia, quæ eadem *Σώτειρα* vocatur (O. 9, 15). Themidis laudes cum Delphorum junguntur (P. 11, 9), quippe quæ ante Apollinem ibi vaticinata esse existimaretur.

¹) De forma nominis vid. Bergk. in adnot. critt. ad illum locum.

Themidis et Jovis filiae sunt Horæ, quarum nomina O. 13, 6 leguntur: *Ἐννομία*, *Δίκη*, *Εὐρύα*. Sunt omnino ea numina, quæ efficiunt, ut suo quidque tempore usu veniat maturitatemque adipiscatur. Significant igitur statum ordinem in rerum natura, quo fit, ut læta et jucunda anni tempora certa lege quotannis redeant, unde etiam thalamus earum verno tempore recludi dicitur (fr. 75). Deinde ad vitam hominum vi ac potestate earum traducta, ibi quoque legem et ordinem conservare creduntur. Sic olympicam solemnitatem ad citharam canentes et saltantes justo tempore reducunt (O. 4, 2). In alio carmine ut firmum reipublicæ fundamentum, divitiarum dispensatrices, artium inventrices laudantur (O. 13, 7, 16). Ex hoc carmine Corinthi cantato cultum Horarum ibi floruisse Boeckhii collegit, quamquam id aliunde non notum. Justitiæ, *Δίκης*, filia est Tranquillitas (*Ἀσυχία* P. 8, 1), quam in Ægina cultam fuisse propter illum locum opinatur Dissenius. Horis et terræ nutriendus Aristæus traditur P. 9, 60, ubi Terræ ut almæ matris mentio fit, Horarum vero propter utilia inventa, quorum Aristæus est auctor. Epitheta sunt *πολύανθεμοι*, *χρυσάμπυκες*.

Χάριτες. Orchomeni maxime floruit Gratiarum cultus, quam ob rem, cum Orchomenius Asopichus victor esset canendus, hac occasione usus est poeta ad vim et præstantiam Gratiarum celebrandam (O. 14). Ab iis læta et jucunda omnia hominibus dantur, si sapiens, si formosus, si splendidus aliquis est. Neque a choris epulisque deorum Gratiæ absunt, sed in coelo omnia ab iis administrantur. Nomina quoque earum hoc carmen continet: *Ἐὐφροσύνα*, *Ἄγλαΐα*, *Θαλία*, quæ eadem in Theogonia Hesiodi 909 leguntur. Læta epinicionum poesis Gratiarum est donum (P. 9, 2. N. 6, 38. N. 9, 54), quam ob rem talia argumenta tractans poeta Gratiarum in horto vel arvo sese versari dicit (P. 6, 1. O. 9, 27). Qui victoriis ludicris comparatis patriam laude et gloria afficiunt, Gratiarum rore eam conspergere dicuntur (I. 6, 64). Quidquid scite et pulchre dictum vel factum est, Gratiarum ope accidit (N. 4, 7), quidquid vero immane

atque portenti simile est, sine Gratiis natum dicitur (P. 2, 42). Præcipue in ludicra tribuenda victoria conspicuus commemoratur Gratiarum favor propter cantum et lætitiã insequentem (O. 2, 50. 4, 9. 6, 76. P. 8, 21. N. 5, 54. 10, 38). Epitheta sunt: *αἰδοῖα*, *σεμναί*, *ζωθάλμιος*, *ἤχομοι*, *βαθύζωνοι*, *κελαδεγναί*, *ξανθαί*.

Μοῖσαι. Themis uxorem cum duceret Juppiter, ceteri dii ab eo petiverunt, ut deos aliquos procrearet, qui præclara ejus opera laudibus satis dignis celebrarent (fr. 31). Sic Musæ ortæ, quarum cantus, Apollinæ citharæ modis obtemperans vel maximum Olympiarum epularum est ornamentum (P. 1 in). Eadem homines a diis amatos cantu suo honorabant, ut Thebis Cadmi et Harmoniæ, in Pelio Thetidis et Pelei nuptias celebrasse dicuntur (P. 3, 90. N. 5, 23). Nec læta solum convivia ita ornabant, sed etiam in funere præclarorum heroum, velut Achillis, neniã interdum ipsæ canebant (I. 8, 63). Ad varias præterea imagines Pindarus Musarum nomine utitur. Sic, quemadmodum in Gratiarum, etiam Musarum in arvo versari vates dicuntur (*Περὶδων ἀρόται* N. 6, 32). Ipsæ etiam Musæ arvom arant (N. 10, 26). Cùm sagittis ex Musarum arcu jaculatis poetæ verba comparantur (O. 9, 6). Ipse Musarum scopum jaculo petere dicitur (N. 9, 55). Secundum verborum ventum mittere Musæ finguntur (N. 6, 29, P. 4, 3). Cantus quasi flumen quoddam Musarum est (N. 7, 12. Cfr. I. 6, 75). Musarum pennis sublevatus dicitur victor carmine epinicio celebratus (I. 1, 65). Aurum, candidum ebur coraliumque in honorem victoris Musa compingit N. 7, 77; poeta ingentem Musarum columnam victori erigit (N. 8, 47). In curru Musarum vehitur poeta, cum magnifica tractat argumenta (O. 9, 81. P. 10, 65. I. 2, 2. 8, 67). Poesis Musarum donum (O. 7, 7), carmina Musarum filiæ (N. 4, 3), Musa poetæ mater appellatur (N. 3, 1).

Longum est omnes enumerare locos, ubi ad victorem celebrandum Musæ invocantur, vel ubi pro carmine Musæ nomen positum invenitur. Inter epitheta observanda *Περὶδες* et *Ἐλικώνια* vel *Ἐλικωνιάδες*, quibus loca significantur,

unde per Græciam Musarum cultus divulgatus est. Dircaë, nobili prope Thebas fonti, eum honorem poeta studet vindicare, ut Musis sacra sit iisque originem debeat (I. 6, 75). Alia epitheta hæc sunt: *μελίφθογγοι, ἠύκομοι, ἰοβόστρυχοι, ἰοπλόκαμοι, ἑκαταβόλοι, ἀδύπνοος, ἀγλαόθρονος, βαθύκολποι, βαθυζῶνοι, χρυσάμπυκες, εὐθρονος, χρύσειαι*. Nomina Musarum apud Pindarum leguntur *Καλλιόπα* (O. 11, 13), *Τερψιχόρα* (I. 2, 7), *Κλεώ* (N. 3, 83). Aliud nomen conjectura Bergkii intulit: *Οὐρανώ* (N. 3, 10) et O. 3, 4 latere suspicatur reconditum quoddam Musæ nomen velut *Τιωποῖ*, quod ex Epicharmo sumpsit. Mater Musarum est *Μναμοσύνα, λιπαράμπυξ* (N. 7, 15), *χρυσόπεπλος* (I. 6, 75).

Νίκα. Victoria dea commemoratur N. 5, 42 et I. 2, 25. Utroque loco in gremium deæ incidisse victor dicitur. Conferri potest tabula illa Nemeæam Alcibiadis victoriam exhibens, ubi in sinu victorem tenens dea erat picta. Plut. Alc. 15.

Ἥβα. Junonis filia (N. 7, 4), Herculis conjux (N. 1, 71. I. 4, 60), pulcherrima dearum, quæ juxta matrem pronubam incedit (N. 10, 18). Quod in carmine Argivo homini scripto ideo sine dubio positum, quod Argis in Heræo una cum Junone Hebe colebatur, ubi statuam ejus a Nau-cyde formatam juxta nobilissimam Polycleti Junonem vidit Pausanias (2, 17, 6), quæ simulacra licet posterioris ætatis sint, tamen sine dubio propter antiquum cultum ita erant conjuncta. Flos juventutis *Ἥβας καρπός* vocatur (O. 6, 58. P. 9, 109). Utroque loco *χρυσοσιέφανος* appellatur. *Γανυμήδης* propter pulchritudinem a Jove amatus in Olympum abreptus (O. 1, 44. 11. 105).

Πειθώ. Veneris comes est et amoris voluptatum tenet claves (P. 9, 39). Insanus Medæ amor Suadæ flagello excitatus dicitur (P. 4, 220). Corinthiæ meretrices Suadæ famulæ appellantur (fr. 122). *Ἐλείθνια* Junonis filia et Parcis assidens. "Sine te", ait poeta "non lucem, non nigram videntes noctem, tua ope pulchram sortiti sumus juventutem, sororem tuam" (N. 7, 1). Ilithyiam cum Parcis

misit Apollo ad partum Euadnæ sublevandum (O. 6, 42 *πραῦμητις*. P. 3, 9 *μαιροπόλος*).

Ἄσκληπιός. De Æsculapio copiose agit carmen Pythium tertium. Coronis, Phlegyæ filia, ex Apolline prolem conceperat, sed interea cum Ischye, Elati filio, qui ex Arcadia illuc venerat, illicitos habuit congressus. Quod Delphis tum versans statim sensit sagacissimus deus iraque incensus Dianam sororem misit Laceream, quæ sagittis suis cum infida puella multos interemit. Cum jam cremaretur Coronis, misericordia tactus deus filium ex mortuo matris corpore, viam sua sponte facientibus flammis, servavit et Chironi tradidit educandum. Ab eo sanandi artem didicit, quam et in vulneribus et in febribus variisque morborum generibus curandis exercebat. Remedia, quæ adhibebat, præter incantationes fuerunt potiones, emplastra, sectiones. Postremo mercede corruptus mortuum ad vitam resuscitare ausus est, qua re iratus Juppiter jacto fulmine ambos necavit. Cum hac fabula conferenda sunt, quæ scribit Cicero de Nat. De. III, 22, 56: »Alter (Mercurius) Valentis et Coronidis filius, is, qui sub terris habetur idem Trophonius»; et ibidem § 57 »secundus (Æsculapius) secundi Mercurii frater.» Unde apparet Ischyis illius et Coronidis filium Trophonium secundum nonnullos fuisse. Ludi Æsculapio acti Epidauri (N. 3, 84 v. Schol. ad eum locum), ubi myrteam coronam victoribus datam esse ex I. 8, 74 colligi posse videtur.

Μοῖραι. Interdum singulari numero de una Parca, de dei Parca Pindarus loquitur (N. 7, 57. O. 2, 31 et 21); aliis locis plures commemorat et nominatim quidem Clotho et Lachesin (O. 1, 26, O. 7, 64), sed tertiam quoque ei notam fuisse ex I. 6, 18 apparet, ubi de Clotho cum sororibus loquitur. De origine earum duplex in Theogonia exstat narratio. Versu enim 904 Jovis et Themidis, 217 vero Noctis filiæ esse traduntur. Illud Pindarum non secutum esse fragm. 30 ostendit, ubi Themis, ut Jovi nuberet, in Olympum duxisse dicuntur. In partu præcipue Parcarum officium commemoratur (O. 1, 26. O. 6, 42. N. 7, 1) et in illustrium institutorum initio faciendo, sicut primis Olympicis

ludis affuerunt (O. 11, 52). Cum inter cognatos oritur contentio, Parcae sese avertunt (P. 4, 145). Parcas vel fatum non vim quandam diis adversariam, juxta vel extra eos positam, cui illi quoque subjecti sint, Pindarus existimavit, sed a Jovis numine et voluntate fatorum necessitatem repetivit (*τὸ μόρσιμον Διόθεν πεπωμένον* N. 4, 61). Sic Parcam dei vocavit (*Θεοῦ Μοῖρα* O. 2, 35) et in eodem carmine cum Emmenidarum genti et secundas et adversas res Parcas tribuisse dicit, adjecto epitheto *θεόριω* (*σὺν ὄλβῳ* O. 2, 21), illarum a diis vim non esse diversam significavit. Sic vulgo Græcos existimasse nos docet Hesiodus, qui Parcarum honorem a Jove derivavit (*Μοῖρας θ', ἧς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα Ζεύς*. Theog. 904). Epitheta Parcarum sunt *ὑψίθρονος* (*Κλωθώ* I. 6, 18), *χρυσάμπυξ* (*Δάχσις* O. 7, 64), *βαθύθρονες* (*Μοῖραι* N. 7, 1).

Νέμεσις. Cum justum modum vel superbia et temeritate vel nimia felicitate excederent homines, commovebatur deorum ira vel invidia, quæ Nemesis nomine significabatur. Quam ob rem pro continuata Blepsiadarum fortuna poeta preces faciens Jovem orat, ne Nemesis, id est invidiam, infensam reddat (O. 8, 85). Hyperborei vero, omnium mortalium felicissimi, nimis severam (*ὑπέροδικον*) Nemesis effugisse dicuntur, hoc est, licet iis, non mota deorum invidia, summa frui felicitate (P. 10, 44).

Τύχη ut Himeram urbem modo liberam factam conservet, invocatur O. 12. Jovis *Ἐλευθερίου* ibi est filia et navium cursum, bellorum exitum, deliberationes in foro gubernat. Parcarum unam, et potentiolem quidem sororibus, perduto quodam carmine eam poeta vocaverat (Paus. 7, 26, 8. fr. 41). Male eam obedientem esse (*ἀπειθήης*) et duplex gubernaculum tenere alibi dixerat (fr. 40). *Φερέπολιν* quoque eandem appellaverat (fr. 39). Quæ omnia ex hymno in Fortunam scripto sumpta esse Boeckhius suspicatur.

De abstractis, quas vocant, notionibus interdum tamquam de diis Pindarus loquitur. Sic Veritas, Jovis filia, una cum Musa invocatur, ut opprobrium propter carmen sero missum a poeta avertant (O. 11, 4). *Ἀτρέκεια* Locrorum

urbem dicitur gubernare (ibid. 13). Tempus omnium rerum parens vocatur (O. 2, 17) et cum primum instituerentur ludi Olympici affuisse dicitur (O. 11, 55), nempe ut ejus rei memoriam ad posteros propagaret. Verecundia (*Αἰδώς*) dea est N. 9, 36. Superbia Fastidii est mater *Υβρις Κόρον μάτηρ* (O. 13, 10). Amor non deus est apud Pindarum, sed N. 8, 5 squ., ubi amores (*ἔρωτες*) Jovis et Æginæ lectum administrasse dicit, non multum abest, quin illos nobis deos vel genios exhibeat. Urbes item cognominis nymphæ imagine repræsentantur, quales sunt Theba (*χρύσασπις* I. 1, 1. I. 7, 1), Camarina (O. 5, 4), Cyrena (P. 9, 4), Ortygia (P. 2, 6), Libya (*πότνια* P. 9, 55).

E maritimis diis primus nominetur *Ὠκεανός*. Ejus filia est Camarina, urbis nymp̄ha ad mare sitæ (O. 5, 1). Fluvios Oceani filios existimatos fuisse notum est. Hinc Peneus (P. 9, 14) ejus filius vocatur. Ex Oceani fontibus Jovi nuptura Themis a Parcis ducta est (fr. 30). Cum prisca Jovis conjux (*ἀρχαία ἄλοχος*) hic appelletur, verisimile videtur statim post pugnam contra Titanas a Pindaro hoc factum fingi, ut Themin, quemadmodum de Junone Il. 14, 202 legimus, inter pugnae turbas ad Oceanum refugisse censendum sit.

Νηρεΐς. Prudens (*εἰβουλος* P. 3, 92) senex maritimus (*ἄλιος γέρων*) vocatur. Sapiens ejus dictum, quo inimicum etiam, cum quidem recte ageret, laudandum esse dixit, citatur P. 9, 95. Rationem, cur senex vocetur, affert Hesiodus Theog. 234: *αὐτὰρ καλέουσι γέροντα,*

*οὔνεκα νημερτῆς τε καὶ ἥπιος οὐδὲ θρημίστων
λήθεται, ἀλλὰ δίκαια καὶ ἥπια δῆνεα οἶδεν.*

Ποσειδάων, Ποσειδᾶν, Ποιδᾶν. Modo sævo impetu terram quatiens Neptunus cogitatur ob eamque rem cognomina accepit, qualia sunt *κινητῆρ γᾶς, Ἐλελίχθων, Σεισίχθων, Ἐννοσίδασ, βαρύκτυπος*; modo firmo amplexu eam cingens (*γαιάοχος, γεάοχος*). Tridente armatus est, quam ob rem *Ἀγλαοιρίαινα, Εὐτρίαινα, Ὀρσοιρίαινα* appellatur. Alia epitheta eximiam ejus vim significant, ut *μεγασθενής, εὐρυβίας, εὐρυμέδων*. Non maritimis solum, sed etiam equestribus studiis præfuisse Neptunum omnibus est notum. Hinc

Ποσειδάωνιαι ἵπποι (O. 5, 21) et Neptunus *ἵππαρχος* (P. 4, 45). Ob equos domitos *Δαμαῖος* Corinthi colebatur (O. 13, 69). Idem curruum benefactor dicitur (I. 1, 53), utpote qui curules tribuat victorias. E locis Neptuno sacris memorantur *Ægæ*, Achaica urbs, ut opinatur Dissenius (N. 5, 37), *Onchestus* (I. 4, 19), ubi certamina equestria agebantur; maxime vero Neptuni cultu et Isthmiis ludis in ejus honorem actis præclara fuit Corinthus. In Thessalia *Ἡειραῖος* vocabatur, quia dimotis fuscina rupibus Tempe vallem effecerat (P. 4, 138). In introitu Ponti Euxini Argonautæ Neptuno templum condiderunt, qui locus Hieron vocabatur (P. 4, 204 squ.). Qui Neptunum invocant ad maris litus vel medium in flumen aliquod descendunt (O. 1, 71. O. 6, 58). Nigros tauros Neptuno immolari solitos constat, sed rutilum quoque gregem ei sacrum invenimus (P. 4, 205), quam ob rem etiam *ταῦρον ἀργᾶνια* (O. 13, 69) ad verbum vertere licere videtur, ut sit albus taurus (vid. Dissen.). Neptuni conjux est Amphitrite (O. 6, 103 *χρυσάλακάοιο πόσις Ἀμφιτρίτας*).

Veniamas jam ad Chthonios Deos. De Terra et de Rhea jam supra dictum. Addi potest Magnæ Matris templum Pindarum dedicasse, ubi eam nocturnis saltationibus cum Pane puellas honorare dicit (P. 3, 78). Quas puellas virgines Thebanas in eisque Eumetin et Protomachen Pindari filias fuisse credunt Boeckhius et Dissenius, ut illæ virgines Pana et Rheam carmine parthenio celebraverint (Boeckh. fr. 63). Contra Nymphas cum Pane saltantes hic intelligendas esse Welckerus existimat. Hanc sese deam poeta, utpote morborum dominam (*νόσων ἀνῆτικὴ τε καὶ μειωτικὴ* Schol.) precibus adire velle affirmat pro valetudine Hieronis. Sacellum illud usque ad Pausaniæ tempora permansit (Paus. 9, 25, 3). Dithyrambi eidem deæ scripti parvum restat fragmentum fr. 79). Utrum e Phrygia Thebas traductus sit hic cultus, an veteris cujusdam patriæ deæ, velut Cereris, cultui Phrygiæ cerimoniæ admixtæ sint, in incerto relinquendum.

Διώνυσος, Διόνυσος, Thebis Semela matre natus (I. 7, 5), a Sileno educatus (fr. 156). Cereri dicitur assidere,

quod ad mysteria spectat, ubi una cum Cerere et Proserpina Iacchus colebatur (I. 7, 5). Ad tumultuosa Bacchi orgia pertinent epitheta *Βρόμιος, ἐριβόας, ὁ ζαμενής, ὁ χοροϊύπος*. Alia sunt *εὐρυχάϊτας, κισσοφόρος, κισσοκόμας, πολυγαθής*. Non vites solum, sed ceteræ quoque arbores Baccho curæ esse credebantur (fr. 153), quam ob rem *δενδρίτης* vocatus est (Welck. Mythol. II, 603). Dithyrambi vocabulum Pindarus ita interpretatus est, ut proprie esset *Αυθίραμμος*, quia infanti in femore suo insuto clamaverit Iuppiter: *λῦθι ῥάμμα* (fr. 85). Corinthi dithyrambum primum esse inventum narrat (O. 13, 18). Qua tamen de re in aliis carminibus diversam famam secutus erat (*ἐν μὲν τοῖς ὑπορχήμασιν ἐν Νάξῳ φησὶν εὐρεθῆναι πρῶτον διθύραμβον, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν διθυράμβων ἐν Θήβαις*. Schol. ad eum locum). Poetæ, qui dithyrambo vicerat, præmium bos datus (ibid.). Dithyrambi in Bacchum Atheniensibus scripti majusculum fragmentum servatum est (fr. 75).

Πάν. In Epiniciis nonnisi P. 3, 78 nominatur, de quo loco supra dictum; sed studiosè eum coluit Pindarus, cujus etiam carmen aliquod ¹⁾ Pan ipse saltasse ferebatur, cui ut gratias ageret poetam parthenium carmen composuisse ²⁾. Magnæ Matris comitem, Magnæ Deæ varium canem, præstantissimum deorum saltatorem ibi eum appellavit (fr. 95, 96, 99). Apollinis et Penelopæ filium eum dixit (fr. 100). *Ἄκτιος* etiam Pan vocabatur, cujus imago in promontoriis posita piscatoribus opem ferre credebatur (fr. 98). Hædorum comitem (*ἐρίφων μεθ'ομήρεα* fr. 47), quæ verba ex hymno quodam servata sunt, verisimile est de Pane esse intelligendum.

Λαυαίτηρ et *Φερσεφόνα*. Vetus erat Siculorum opinio, ut ait Cicero (in Verrem 4, 48), totam eorum insulam esse Cereri et Liberæ consecratam. Quod etiam Pindarus testatur, cum Siciliam Jovem Proserpinæ dono dedisse tradit

¹⁾ ἐν τῇ κρουραγίᾳ τοῦ Πέλοπος, Schol. ad Aristid. II, p. 172, quibus verbis primam Olympicam odam significari existimant.


²⁾ Vid. *Βίος Πινδάρου* p. 9 in Boeckhii editione. Cfr. præterea de illa fabula L. Schmidt: Pindars Leben und Dichtung, p. 25.

(N. 1, 14. εἰς τὰ ἀνακαλυπτήρια addit Scholiastes) et Agri-
gentum Proserpinæ sedem appellat (P. 12, 2). Hieronem
solemnia illarum dearum curare dicit O. 6, 75, quod eo
spectare nos docent Scholia, quod Hierophantæ munere Hiero
fungebatur. *Λεύκιππος* illo loco vocatur Libera, quod ita
explicat Preller (I, 645), ut solempni quodam anniversario in
curru albis equis juncto a matre circumducta sit, deinde a
Plutone rapta. Sed potius crediderim non raptum, sed re-
ditum Liberæ albis illis equis significari, quam in rem ar-
gumento utar verbis Scholiastæ: *λεύκιππον δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ
λέγεται μετὰ τὴν ἀρπαγὴν, ἣν ὑπέσθη ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος,
εὐρεθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς Δήμητρος λευκοπόλῳ ἄρ-
ματι ἀναχθῆναι λοιπὸν εἰς τὸν Ὀλύμπου πρὸς τὸν πατέρα
τὸν Δία. Φοινικόπεξα* Ceres ibidem dicitur, quocum con-
ferri potest *rubicunda Ceres* apud Vergilium Georg. I, 297.
Dearum cultu præterea nobilis erat Eleusis (τὸ *Δάματρος
κλυτὸν ἄλσος Ἐλευσίς* I. 1, 57). Ludi ibi agebantur (O. 9,
99. 13, 110. I. 1, 57), quos Eleusinia et Demetria Scholia
appellant. Non cum mysteriis illos fuisse conjunctos Mül-
lerus existimat (Kl. deutsche Schriften II, 276), sed aliquot
ante mensibus esse celebratos post fruges conditas, τῇ *Δή-
μητροι εὐχαριστήρια*, ut ait Schol. O. 9, 150. Mysteriis Pin-
darus erat initiatus eaque plurimi æstimavit beatosque præ-
dicat, qui visis illis sub terram venerint (fr. 137). My-
sticæ ceremonias spectat quod *χαλκόχοριος* Ceres vocatur
(I. 7, 3) epitheto a cymbalorum strepitu petito, quibus in
quærenda filia utebatur. Ad Thebanum, non Eleusinium
Ceræ cultum hoc referendum videtur, cui Phrygius ritus
admixtos videri jam supra indicavi. De Cerere cum Magna
Matre confusa memorabilis est locus Eur. Hel. 1301 squ.

Narrat Pausanias 9, 23, 2 jam ætate provectum Pinda-
rum in somnio vidisse Proserpinam sibi adstantem querentem-
que, quod sola deorum nullum ab eo hymnum accepisset.
Facturum tamen eum etiam sibi hymnum, simulatque ad ipsam
venisset. Illum autem intra decimum diem obiisse. Fuisse
tum Thebis anum Pindaro propinquam, quæ ejus carmina
docere consuesset. Cui dormienti Pindarus visum hymnum

in Proserpinam canere. Illam autem mox exper-
 quæ audisset, conscripisse. In illo carmine mu-
 Orci cognomina in iisque *χρυσήμιος*, nempe propter
 Liberæ (fr. 37. vide etiam L. Schmidt l. c. p. 30
Ἄϊδας. Baculo suo mortuorum animas sub ter-
 pellit (O. 9, 33). Orcus Plutonis domus vocatur
δόμος P. 3, 11 *σταθμός* O. 11, 91), idemque P
 (*μελαντιειχῆς δόμος Φερσεφόνας* O. 14, 20, *δῶμα*
νας I. 8, 59). E fluminibus infernis Acheron nomen
 (P. 11, 21. N. 4, 85). Orci ostium est apud Tænarum (P.
 4, 44). *Ἄϊδαν* pro morte dicit P. 5, 96 (cfr. *κῆρ' Ἄϊδα*
 N. 7, 31). Cippus tumulo impositus *ἄγαλμ' Ἄϊδα* vocatur
 N. 10, 67. *Ἐριννύς*, ut est acerrimo visu (*ὄξεια*), Oedipum
 patrem occidentem conspicata filios ejus alterum alterius
 manu interemit (O. 2, 41).

UTL AT DOWNSVIEW

D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 10 27 04 03 015 3

